

Pub. 4. num. 15. *Pt. 9. 16.*

13  
1756  
22  
3

Q. D. B. V.  
DISSERTATIO IVRIS PVBLICI  
DE  
**CONSORTIO**  
**IMPERATORIS**  
ET  
**STATVVM IMPERII**  
IN POTESTATE  
**LEGISLATORIA ET IUDICIARIA,**  
GENVINO FUNDAMENTO  
**RECVRSVS AD COMITIA,**

7126  
EX CLEMENTISSIMO SVPERIORVM PERMISSV,  
SVB PRAESIDIO  
VIRI ILLVSTRIS, EXCELLENTISSIMI, CONSULTISSIMI,  
**IO. ERNESTI FLOERCKE, ICTI,**  
POTENT. BORVSS. REGI A CONSILIIS SANCTIORIBVS,  
ACADEMIAE FRIDERICIANAE DIRECTORIS,  
ILLVSTRIVM ICTORVM HALENSIVM PRAESIDIS ORDINARI,  
ANTECESSORIS PRIMARII, COMIT. PALAT. CAESAREI,  
PATRONI ET STVDIORVM PROMOTORIS  
AETERNVM DEVENERANDI,  
DIE X. FEBR. MDCCCLVI  
PVBLICO ERVITORVM EXAMINI  
SUBMITTET  
AVCTOR  
**ARENTEINVS KOEPKEN**  
MAGDEBURGENSIS.



HALAE AD SALAM LITERIS HENDELIANIS.



ALL' ILLUSTRISSIMO SIGNOR,  
IL SIGNOR  
**FEDERICO GIORGIO**  
**DI MANSTEIN,**

COLONELLO DEL REGIMENTO DEL SE-  
RENISSIMO PRINCIPE D'ANHALT-DESSAU  
AL SERVITIO DI SUA MAESTÁ,  
IL RÉ DI PRUSSIA,

**SIGNOR, E PADRONE MIO**  
GRAZIOSISSIMO, ED OS-  
SERVANDISSIMO.

ALMA MATER ETATIS ROMANORUM

1600

HEBERIOO GIORGIO

IN MANTUAM

COLONIAPOLIS INSTITUTUS DE 1600

GRATIAS QVI TUMULUS IN HONOREM PESSARA

ALBERTI SAVILLI DE L'ALBERGO

1600

SIGNOR E PADRONE MO

CARTOLASIRIMO ID DE

SEPT. 1600

ED  
ALL' ILLUSTRISSIMO SIGNOR,  
IL SIGNOR  
**AUGUSTO D' HÆSELER,**  
SIGNOR D' HÆSELER,  
CONSILIER PRIVATO DI SUA MAESTÀ  
IL RÉ DI PRUSSIA, E PRIMO  
FINANCIÈRE DEL DUCATO DI MAGDEBURGO,  
  
**SIGNOR, E PADRONE MIO**  
GRAZIOSISSIMO, E CO.  
LENDISSIMO.





## ILLUSTRISSEMI SIGNORI,

*S*timolato dal favore di cui LE SIGNORIE LORO ILLUSTRISSEME m'han-no sempre colmato per tutto'l tempo, che son' in quest' accademia, abbraccio l' occasione, che mi si presenta adesso, di manifestar i pensierì del mio cuore, che non sente, se non ringraziamenti. Mi ricordo con ogni immaginabil riconoscenza delle cortesie ricevute nelle di LORO CASE, ch' avanzan' ogni termine di compitezza, e che sono state moltiplicate

cogli anni. Ho sempre bramato per questa raggione un' opportunità, di confessar il gravame del mio debito, e d' attestar al publico, quant' infinitamente LE sia obligato. Ardisco però offrirLE questa piccola dissertatione, nella quale ascrivo tutto, cb' avera forse l suffragio dei virtuosi, al di LORO favore, poiche questo solo m' hâ sempr' incitato ad effercitarmi negli studii, per rendermi in alcuna maniera degno dell' estimie grazie, che LORO in abondanza m' hanno conferite. Aggradischino quest' offerta della mia divozione, i di cui effetti non possono corrisponder agli eccessi della di LORO innata gentilezza. LE devo i favorevoli sguardi della mia sorte, c' hò sentiti quì, e LE dovrò anche quelli, che secondo 'l decreto del SU-

PRE-

Sign



PREMO NUME sono forse per sentire. *In virtù di cui LE prego umilissimamente ILLUSTRISIMI SIGNORI, di continuarmi quest' affezione, che se ben non la merito, mi renderà felicissimo. Faccia L' ALTISSIMO, che LORO si conservino con TUTTE LE SUE ILLUSTRISIME CASE in una sanità perfettissima, e che vedano una longissima serie d'anni, afin che possa aver' ancora longo tempo l' honore di professarmi con tutta la riverenza escogitabile*

**DELLE DI LORO SIGNORIE  
ILLUSTRISIME**

obligatissimo e divotissimo servo,

AUTORE.



## BENEVOLO LECTORI.



Per biennium & quod excurrit, in Themidis templo commoratus, ut non nisi specimine quodam in cathedra defenso ad patrios reverterer lares, sacrum sanctumque mihi duxi. Elegeram hanc in finem thema aliquod ex amplissima Juris civilis penu desumtum: sed communicatis cum PERILLUSTRI meo PRÆSIDE, QUEM nunquam sine tenerrimo animi adsegu nominare possum, consiliis, animum mutavi. Suasor enim IS mihi exstitit atque auctor, ut thema illustrius aggrederer. Cumque EJUS consilia semper mihi fuerint iussa, illa & in hoc negotio exequi, nullus dubitavi. Nescio quidem quæ fatâ mea hæc scriptiuncula habitura sit, hoc tamen a TE B. L. modeste peto, ut id quod TIBI displiceret, nimirae festinationi, qua premor, quæque omnium fere ex Academiis discedentium comes esse solet, & quominus fœtum huncce lambere potuerim, me prohibuit, adscribas. Sic ut temporis ratiorem haberem, aliquot jura quæ & ad potestatem legislatoriam, & ad potestatem judiciariam pertinent, non tetigi, quamvis si dicendum quod res est, illa hic tractanda essent. Sed horum veniam me a TE facile impetraturum esse, spero. Animus & conatus adfuit, an exitus responderit, TUUM est judicare. Vale mihi que fave.

SECTIO



## SECTIO I.

MEMBRVM I.

DE

PRINCIPIO EX QUO DIJUDICA-  
RI POTEST, UTRUM JUS IN IMPERIO  
CONTENTUM IN GERMANIA SIT  
COMMUNICATUM AN RE-  
SERVATUM?

---

§. I.

*Distinctio iurium majestaticorum in Germania.*



Jura quæ in summo quod in Germania obtinet, imperio continentur, ex parte esse reservata, ex parte autem communicata, apud omnes fere juris publici Doctores est in confessio; quamvis si accuratus reservatorum iurium census exigatur, potestas imperatoris ab aliis extendatur, ab aliis autem imminuat, prout censum hunc instituentes vel Cæfari vel statibus addicti sunt. Exempla ab utraque parte sat illustria prostant eorum, qui in hac doctrina, in cuius tractatione tanta, quanta navigantibus in freto Siculo opus est circumspectio-

A ne,

■ ■ ■

ne, limites excesserunt. STAMLERVS *a*) enim, MUL-  
TZIUS *b*), Wenc. XAVER. Neumann *a* PUCHOLTZ *c*),  
LYNCKERUS *d*), & cruditus Auctor qui nuperrime  
sub larva Cæsarini FÜRSTENERII *e*) in scenam cru-  
ditorum prodiit, vel omnia jura ad reservata impera-  
toris trahere satagunt: cum e contrario personatus  
*Hippolytus a LAPIDE* & qui in ejus schola edocti sunt,  
vel ipsum imperatorem si fieri posset, statibus inferio-  
rem reddere conantur. Rationem autem cur hi Do-  
ctores in tot sententiarum divortia abierint, cum TI-  
TIO *f*) in eo esse putamus, quod sine certa norma im-  
perii supposita de juribus tam reservatis quam com-  
municatis philosophati sint.

## §. II.

*Quæ interdum admodum dubia.*

Sed ut ingenue fatear, non leve etiam perictulum  
illi subeunt, qui reservata imperatoris ad numeros ex-  
ponere student. Hæc enim cum ex legibus imperii  
fundamentalibus, aut ex natura ipsius imperii sint col-  
ligenda, leges autem de omnibus casibus non dispo-  
nunt, natura vero imperii ab unoquoque prout ejus  
fert opinio, torqueatur, temerarii sine dubio sunt eo-  
rum conatus, qui omnia imperatoris reservata uno  
quasi in schemate adumbrare nituntur. Accedit,  
quod

*a) de reservatis, Giessæ 1658.*

*b) de maiestate imperatoria juri suo asserta, Norimberg. 1714.*

*c) in annotat. ad SCHWEDERI Introduc. in J. P. Norimb. 1716.*

*d) in Analectis ad SCHWEDERI Jus P. Jen. 1689. & in variis Diff.*

*e) in duplici tractatu, uno von des Käyfers Jurisdiction 1747,*

*altero von des Käyferl. Cammer Gerichts-Jurisdiction 1748.*

*f) in Spec. J. P. L. V. c. 3. §. 21.*



quod idem non semper eorum maneat numerus, sed nova orientur, alia in desuetudinem abeant, alia per capitulationes immutentur; hinc non possum non a TITIO a) & SPENERO b) discedere, atque cum viris juris publici citra controversiam peritissimis MOSE-  
RO c) nempe & MASCOVIO d) statuere, quod certus eorum numerus iniri nequeat. Ipsi etiam ut in vul-  
gus notum est, legati Ferdinandi III. qui sanctioni pa-  
cis Osnabruggentis intererant, a statibus Evangelicis  
rogati numerum reservatorum edere non ausi sunt, sed  
ut ex literis eorum apud LONDORIUM e) constat, ad  
jura de more antiquo provocabant. Merito autem  
hic cum TREVERO f) quaerimus, quisnam sit ille mos  
antiquus? & quis epocham ejus determinare audeat?  
Patet igitur ex his, quantis difficultatibus obnoxia,  
quantisque dubiis involuta sit doctrina eorum, qui ex-  
actum reservatorum censum meditantur.

### §. III.

#### Principium Lampadii exponitur.

Ne tamen in praestantissima hac juris publici parte incerti fluemus, quidam haud incelebris no-  
minis Doctores re ad formam artis revocata, de prin-  
cipio quodam solliciti fuerunt, quo pro amissi posito,  
judicare possimus, utrum jus majesticum sit commu-  
nicatum an reservatum? Sed cum haec sine lege statu-

#### A 2

antur,

a) in Spec. J. P. l. c. §. 22.

b) in Teutschem Jure publico L. IV. c. 5. §. 1. n. d. p. 123.

c) im Staats-Recht L. II. c. 17. §. 1.

d) in Princ. J. P. L. V. c. 9. §. 3.

e) in Actis publ. T. V. c. 113. §. 17. p. 1145.

f) in Diss. de studiis imp. Rom. germ. ruin. proc. c. 2. §. 50. p. 73.



antur, & præsumptionibus inædificata sint, illa multis  
jam olim & hodie adhuc subsunt dubiis: id quod ex  
ex eorum censu, quem prouti scopus noster fert, bre-  
vissima instituemus, omnium optime elucescat. No-  
tissima est regula quam LAMPADIUS *a)* tradit, quam-  
que KULPISIUS *b)*, LYNCKERUS *c)*, MOSERUS *d)*,  
(qui tamen mentem mutavit) *e)*, aliquie adoptant:  
quod omnia jura in imperio contenta, imperatoris sint  
reservata, in quorum communione ordines imperii  
per capitulationes, recessus, aliasve constitutiones non  
concesserint: seu ut hodie plerumque effertur: quod  
jus majestaticum tam diu pro imperatoris reservato  
habendum sit, donec a statibus illud communicatum  
esse, doceatur. Sed quamvis KULPISIUS *f)*, aliquie  
post illum remis velisque eo contendant, ut illam ex-  
tra omnem dubitationis aleam constituant, multa ta-  
men & sat gravia argumenta illi adhuc opponi pos-  
sunt.

#### §. IV.

*Argumenta illi contraria adducuntur Argumentum I. & II.*

Primo enim, si regulam construere velis, ex qua,  
quid in dubio statuendum sit, coniicere valeas, constat,  
eam ex eo quod pluribus rebus ad eam examinandis  
commune est, non vero ex eo quod paucioribus inest,  
esse

*a)* de republ. rom. germ. P. III. c. 13. §. 5. p. 142. & c. 16. §. 1. p. 169.

*b)* in Comment. ad MONTAMB. P. II. c. 5. §. 37. p. 182. & in Posit.

*f. P. Exerc.* II. §. 13. p. 25.

*c)* in Diss. de consensu Elecl. th. 3.

*d)* in Diss. de potest. imp. circa conc. privil. §. 4. p. 10.

*e)* im Staats-Recht, L. I. c. 40. §. 3. lqq.

*f)* ad MONZAME. I. c.



V

esse concinnandam, ut ne defectus determinationum  
citra necessitatem augeantur, & exceptiones inde ortæ  
totam evertere videantur regulam. Jam vero nemo  
nisi REINKINGIUS a), STAMLERUS b), MVLTZI-  
US c), aliquique horum vestigia prementes inficias ire  
potest, reservata imperatoris si cum juribus commu-  
nicatis comparentur, ab his numero admodum vinci.  
Hinc si regula componenda est, eam agis horum quam  
illorum naturæ accommodanda. Quid? quod THO-  
MASIUS d), cui etiam SPENER e) suffragatur, illum  
censendum putat, qui cum ex centum juribus nona-  
ginta cum aliquo haberet communia, ad reliqua de-  
cem quae eidem ex hypothesi propria essent, deduc-  
enda, ejusmodi axiomate uti vellet. Etsi dicendum  
quod res est, pacta omnino quibus imperator ad stri-  
ctus est, regulam, praesumtio autem quae pro eodem  
militat, exceptionem constituit. Deinde exempla hi-  
storica, quibus GUNDLING f) totum imperium anti-  
quitus penes imperatorem fuisse asserit, quaeque non  
nulli pro firmando hac regula huc trahunt, plane nil  
efficiunt. Hæc enim statum antiquum ita fuisse pro-  
bant, a quo tamen ad hodiernum per leges imperii  
valde mutatum inferri non posse, quilibet illustri MO-  
SERO g) facile conceder.

A 3

§. V.

a) in tract. *de regime seculari*. L. I. cl. II. §. 2.

b) libr. c.


c) libr. c.

d) in not. ad MONZAME. c. V. §. 27. p. 300.

e) in Teutischen J. Publ. L. IV. c. 5. §. 1. n. d.

f) in Diff. *de statu reipubl. germ. sub Conrado I.* §. VI. sq.

g) in comp. J. P. P. I. c. 10. §. 3. & im *Staats-Recht*, P. II. p. 273.



## §. V.

## Argumentum III.

Tertio præsumtio ad quam defensores hujus principii tanquam ad anchoram sacram confugiunt, mihi tam fortis esse non videtur. Est autem illa ex earum genere, quae mutationem non præsumendam esse, inculcant. Cum enim ex GUNDLINGII a) assertis, quae patroni hujus sententiae avida manu arripiunt, eniescat, regum Germanorum potestatem olim plenissimam fere fuisse, statim inde & non sine veratis colore colligunt, hoc imperium cum imperator fases cum proceribus diviserit ex parte esse mutatum: cum autem mutatio ut in schola loquimur, sit facta, eam, non esse præsumendam. Hinc in jure dubio ab eo, qui hujus particeps esse contendit, probationis onus esse suscipiendum. Sane hoc argumento nil speciosius. Hinc mirari nos non subit, quod viri tam illustres tamque eruditæ hoc principium tanquam sanctissimum quod unquam vetus Troja habuit, palladium custodiunt atque propugnant. Sed demamus illi speciem. Ut autem calculos nostros recte ducamus, tempora antiqua ab hodiernis ante omnia discernenda esse, statuimus. Illis enim temporibus proceres Germanæ jura sua non ex legibus scriptis sed ex observantia deducebant, qua de re tot eorum provocationes ad illam factæ & apud scriptores συγχέοντες obviæ, quarum quasdam SPENERUS b) collegit, nos dubitare non finunt. Cum tamen observantia ob suam naturam sit probanda,

a) in Diss. cit. §. VII. sq.

b) in Historia Germ. Univers. & pragmat. T. I. L. VI. c. 9. §. 8.  
p. 600.



da, probatio illis utique incumbebat. Si igitur in *augustissimos nostros* qui hoc aeo purpura condecorantur, *imperatores*, idem quod olim iis delatum est, imperium transferretur, aut si imperium sine ullo limite illis concessum tunc demum cum jam concessum est, limitibus circumscriberetur, natura imperii illimitati nosmet ita presumere juberet. Tunc enim toties, quoties quis jus in imperio contentum ad se pertinere quodammodo contendit, mutatio supponitur, quæ omnino probanda est. Sed hoc pro certo ponit, imperium plenum & illimitatum esse translatum, & factio demum subsequente esse diminutum & limitatum, quod tamen de imperio quod in invictissimum Germaniae imperatorem hodie transfertur, asseverari nequit. Illi enim imperium traditum non limitatur, sed imperium jam limitatum ut omnes capitulationes docent, traditur, propterea quod ut *HENNIGES c) vir*, qui auroram jurisprudentiae publicæ ex mediis juris romani, quibus tunc temporis circumfusa erat, tenebris, vidit exsplendescensem, recte argumentatur, ab imperatoris optione non stat, quae jura cum statibus communicare velit.

### §. VI.

#### *Argumentum IV.*

Tandem & ipsa imperii hodierni natura huic principio obstat. Quocunque enim imperium tibi in Germania finixeris, id largiri debes, illud esse limitatum. Si autem imperium limitatur, ejus exercitium certis legibus adstringitur in iis, quæ semper eodem in Meditat. ad Instrum. Pacis. Spec. VII. p. 869.



dem modo contingunt; ad ea vero de quibus non nisi ex præsenti tempore judicari potest, utrum sit e re civitatis nec ne ut hoc vel alio modo expediantur? consensus vel universæ civitatis vel quorundam ex civitate requiritur: WOLF. P. VIII. f. N. §. 74. Utroque in casu imperantis jus ex voluntate eorum, qui imperium transtulere, metiendum, & in casu dubio, quando ad præsumptiones recurrentia, inquire debet, qualis præsumenda sit voluntas populi imperium transferentis. WOLF. l.c. §. 48. hæc autem interpretatio ita facienda est, quemadmodum populus si de hoc casu cogitasset, eam declarasset, IDEM l.c. §. 252. in schol. hinc præsumptio magis pro populo quam pro imperante pugnat. Nec obest quod antecessores in regno solli de ejusmodi casu judicarint. Si enim regnum est eleætivum, jus regis imminui & augeri potest, prouti populo visum fuerit. Successori enim jus quæsitum non competit in ea, quæ in antecessorem translata sunt: sed unice penes populum est, quomodo imperium iterum limitare & limitatum transferre velit. IDEM l.c. §. 389.

### §. VII.

*Aliud principium recensetur.*

Alli autem juris publici Doctores qui ob eruditionem non minus in famæ delubro versantur, difficultatibus quibus hoc principium premitur, perspectis viam illi e diametro oppositam ingressi sunt: hac posita regula, quod in dubio pro statibus non vero pro Cæfare præsumptio pugnet. Rationes quibus illud superstruunt, ex historia ab iis petuntur, & sequens, quod sibi singunt, sistema constituunt. Germanos tanquam



quam liberrimos populos a Carolo M. ejusque successoribus esse subactos, atque per Carolingorum tyrranidem libertate una cum seculis propagata esse privatos: hanc autem post obitum *Caroli Crassi* sanguine fere elanguescente, sub *Arnulpho & Ludovico Infante* novos sumissos spiritus, & prosapia Carolingorum in Germania extincta, prorsus revixisse, atque imperatorem a principibus in imperii societatem esse receptum, ut PUFENDORF a) tub larva MONZAMBANI, de LUDEWIG b) ab eoque citati c), VERPORTEN d), aliquie late hoc thema persequuntur, & illud exemplis historicis corroborare allaborant.

### §. VIII.

*Quod expenditur.*

Sed quamvis hanc doctrinam cum *Celeberrimo MOSERO* e) in medio relinquam, nec illam cum aliis pro fabula habere, nec cum ZSCHACKWIZIO f) vindices contrariae sententiae criminis laesae majestatis in principes imperii reos agere gestiam, id tamen firmiter credo, regulam supra allegatam inde confici non posse. Licer, ut liberalissimi simus, LUDEWIGIO & ejus vestigia prementibus concedamus, omnia quem-

B

admo.

- a) *de statu reipubl. rom. germ.* c. 3. §. 2. sqq.
- b) tam in prefatione ad *Singularia J. P.* c. II. Arg. I. & II. p. 70. sqq.  
quam in Diss. quæ *inscribitur Germania princeps post Carolingica* c. 4. & in bibliotheca scriptor. de principibus German. *Germania principi* præfixa, c. IV. §. 30. sqq. p. 85. sqq.
- c) in cit. præfat. c. II. Arg. II. §. 2. p. 98. sqq.
- d) in *Schediasmate de Ducatib. in vet. Germ. regno hereditariis* §. VII. p. 57. sqq.
- e) *im Staats-Recht L. I.* c. 40. §. 2.
- f) ad laudat. *VERPORTENII* comment. §. II. n. c. p. 16.



admodum ab illis prolatæ sunt, ita sese habere: tamen ex uno aliō jure, quod duces libere exercuisse aliquatenus probant, non fluit, totum regalium complexum illis constitisse. Si enim apud HEPIDANUM a) legimus, quod ERCHANGER & Bertholt cum Vodalrico comite & ARNULPHO Bojoariorum duce Agarenos ad Ine fluvium fuderint, aut si apud EKKEHARDUM b) reperimus: quod BURCARDI SUEVI vidua colloquium publicum pro his & aliis regiminis caassis in Wallenilis villa edixerit, atque illuc Episcopum & Abbatem venire jussierit, ne quidem regale belli, aut comitiorum, quale illud in superioritate territoriali hodie cernimus, ne dum ipsa superioritas territorialis erui potest. Deinde HENRICUS & OTTONES imo ipse CONRADUS, quod historia docet, & etiam LUDEWIGIUS c) negare nequit, duces hos renitentes quos scriptores inde rebelles vocant, ad obsequium redigere, nimiamque quam adficiabant, libertatem præciderunt: & superioritatem hanc territorialem in prima quasi herba suffocarunt, hinc præsumptioni quæ inde elicitor, cum fundamentum ejus titubet, omnis probabilitas subtrahitur. Denique formula superioritatis illius territorialis ut ITTER d) jam moruit, ab ea, quæ hodie in Germania est, valde distat: hinc ab illa ad hanc ruto colligi nequit. Et eatenus proba sunt GUNDLINGII e) ratiocinia, quibus eorum

a) ad ann. 913. apud QUERCETANOS in collectione scriptorum Franc. T. III. p. 474.

b) de castib[us] monast. S. Galli c. 10. apud GOLDASTUM in collectione scriptor. rer. Alemannic. T. I. p. 29.

c) in cit. Diff. c. II. §. VII. n. aa) p. 28.

d) de feudis imp. c. I. §. 17. p. 40.

e) in Diff. cit. §. VII. n. (n) p. 62. sq.



eorum sententiam convellit, qui ut ille fatur, paradoxam hanc opinionem eo sine Germaniae principibus commendant, ut ne eorum jura, Cæsaris aliquando potentioris ausibus pateant.

§. IX.

*Tertium producitur.*

Quæ cum ita sint, quilibet facile animadvertisit, fieri non posse, ut principium aliquod excogitetur, cui tanquam lapidi lydio omnia jura majestatica sine ulla distinctione applicari queant. Et haec sine dubio rationes illustrem MOSERUM moverunt, ut discessione ab utraque presumptuum parte facta, novam regulam limitatione quadam adhibita, proponeret. Quæ ut ipsum loquentem a) sistamus, sequentis est argumenti:  
*Ich glaube, man müsse hiebey nicht sowohl auf die alte als auf die jetzige Zeiten sehen, und in Sachen, welche in die Regierung des ganzen Reichs einschlagen, für den Kayser, in denen aber welche die einzeln Regierungen der Staaten von Teutschland betreffen, für die Stände sprechen. Quamque telam in compendio citato cœptam, im Staats-Recht ita pertexit b): In solchen Fällen, welche in das Regiment des ganzen Teutschen Staats-Cörpers einschlagen, bielte ich dafür, daß man vor den Kayser presumire müsse, den er ist des Reichs Oberhaupt, und zwar soll er selbst der Intention der Stände nach, nicht ein gemahntes, sondern ein wärckliches Oberhaupt seyn. Es ist auch denen Gerechtsäkmen und Freyheiten des Reichs in denen Reichs-Grundgesetzen so proficiret, daß dem Kayser von Rechts wegen keine Gelegenheit übrig bleibt, selbige zu unterdrucken, so deucht mich auch*

B 2

billig

a) in *Comp. Jur. Publ. L. I. c. X. §. 3.* circa fin.

b) L. L c. 40. §. 10. II.



billig zu seyn, daß man ihm in dubio auch zukommen lasse, was einem Regenten zusteht, und von ihm bey Gelegenheit gebraucht, aber nicht misbraucht werden kan.

## §. X.

*Quod modestè discutitur.*

Nisi omnia me fallunt, Vir juris publici peritissimus duplex distinguit imperium. Unum, quod imperatori ad gubernacula totius imperii sedenti competit: alterum, quod quilibet ordinum in sua provincia exercet. In illo pro imperatore, in hoc pro statibus præsumendum esse contendit. Quia distinctione adhibita multa obstacula, quæ principiis supra recentitis obstant, fausto molimine summoventur, non vero quod tamen pace Viri illustris dictum esto, omnia. Tantum autem abest, ut sententiam Viri laude mea superioris limæ meæ adhuc rudi subjecere audeam, ut potius rationes, ob quas hic cum ipso facere non possum, exponam. Nam etiam huic principio obstat philosophia THOMASII, qua principium LAMPADII refellit. Quamvis enim distinctione, qua uititur Vir meritissimus, multa jura communicata separaverit, plura tamen & longe plura adhuc restant communicata quam reservata, quæ cum ad naturam reservatorum regula concinnata sit, illam tanquam exceptions fere infringunt. Deinde licet ordines nolint, ut *Augustinus* non pictus, quemadmodum Viro summo loqui placuit, sed verus sit *imperator*: potestas ejus tamen ex natura imperii, quod in eum translatum est, aestimanda: quod cum sit limitatum, & in imperio limitato ea, quæ limitata non sunt, nec in translatione limitibus circumscripti potuerunt, secundum voluntatem, quam populus si de iis cogitasset declaraturus erat, sint interpretanda,

præ-



præsumtio magis pro populo imperium limitatum transferente, quam pro eo, in quem translatio facta est, militat, id quod Philosophorum principes PUFENDORF a) & WOLFIUS b) pluribus afferunt.

## §. XI.

*Aliud proponitur.*

Rebus autem ita comparatis, parum abest, quin viris acutissimis ITTERO c), THOMASIO d), & TREUERO e), assentiamur, statuentibus, ultra privatorum esse vires, principium adæquatum invenire, cui omnia exesse convenient: non quidem ex eo fundamento, quod ut KULPISIUS f) putat, ipsius *imperatoris* legati tempore pacis Westphalicae hoc non fuerint ausi: hos enim monente TITIO g) multa a definitione & recensione reservatorum dimovere potuerunt, quæ privatos anxious non tenent: sed quia ut THOMASIUS alia occasione h) dicit, periculosum est, de eorum juribus scribere, qui possunt proscribere, & quod hominibus privatæ fortis non licet, legibus silentibus loqui. Hac vero cautela fulti de principio quodam solliciti fuimus, quod non ut duo praecedanea (§. §. III-VIII.) exposita, antiquis historiarum monumentis, statum reipublicæ germanicæ vetustiorem loquentibus, aut arenosis præsumptionum fundamentis inædificatum sit, sed quod statui imperii hodierno, & legibus fundamenta-

B 3 libus,

a) in *Jure Natur. & Gent.* L. VII. c. 6. §. 17.

b) P. VIII. *J. Nat.* §. 74. col. §. 252. in schol.

c) de gradibus academ. c. VI. §. 3. 4.

d) in Diss. de *injusta opposit. jurium majestat. super. territ.* &  
*reverar. imperat.* §. 22. 23.

e) in Diss. cit. c. II. §. 10. n. b. f) ad MONZAMB. c. V. §. 27. sq.

g) in spec. *J. P. L. V.* c. 3. §. 22. b) ad MONZAMB. c. III. c. 5. n. r.



libus, firmissimis salutis & libertatis germanicæ columnis, superstruatur. Et licet hoc nostrum dogma suffragiis aliorum Doctorum munire nequeamus, animo tamen propterea non cadimus, probe memores illius, quod magnus SEILERUS, pacificator Ryswicensis strenuus & gravis, teste LUDEWIGIO a) edixit; parum nempe aut nihil in publicis causis esse, nomina LINNÆI, SCHWEDERI, VITRIARII ceterorumque professe habere, nisi simul lex aut consuetudo usu imperii probata assertorum comes sit.

### §. XII.

#### *Regula prima & demonstratio ejus.*

Ante omnia autem cum excellentissimo MOSE RO b) diversa, quæ in Germania sunt, imperia distinguo. Aliud enim est, quod in toto imperio administratur, aliud autem quod in singulis ejus provinciis geritur. De hoc sequens esto regula: JURA QUÆ IN IMPERIO, QUOD IN SINGULIS GERMANIA PROVINCIIS GERITUR, CONTINENTUR, STATIBUS COMPETUNT, NISI EA IMPERATORIS PROPRIA ESSE, EX LEGIBUS IMPERII FUNDAMENTALIBUS, AUT EX OBSERVANTIA PROBETUR. Demonstratio hujus problematis ex ipsis legibus fundamentalibus petitur. Sic enim in *Instrument. pacis* c) firmissima jurium territorialium anchora, sanctum legimus: *Omnes & singuli Electores, principes & status imp. rom. in antiquis suis juribus, prerrogatiis & liberitate, privilegiis, libero juris territorialis, tam in ecclesiasticis, quam politicis, exercitio, ditionibus, regalibus, horumque omnium possessione, vigore hujus transactionis ita stabiliti, firmatique sunt,* ut

a) in prefat. ad singularia J. R. c. II. §. 10. p. 55.

b) loc. cit. §. 10.

c) Art. VIII. §. 1.

■ ■ ■

*ut a nullo unquam sub quocunque praetextu, facto turbari possint, vel debeant.* Ex quibus verbis elicio, quod status in possessione liberi juris territorialis exercitii seu quod idem est, imperii, quod in singulis Germaniae provinciis obtinet, firmati stabiliter dicantur. Si hoc est, omnia jura, quæ cum possessione conjuncta sunt, ipsis etiam statibus competere debent. Cum autem in his præcipuum sit, quod pro possessore militet præsumtio, quæ non nisi contrarii probatione elidi potest: prono alveo inde fluit, quod is qui jus quoddam in jure territoriali contentum, statibus dubium reddit, illius probationem subire teneatur. Id quod ipse etiam textus ulterius probat. Pergunt enim conditores hujus pacis æterno analium honore digni, *ut a nullo unquam*, hinc nec ipse *Augustissimus imperator* excipitur, *de facto turbari possint, vel debeant:* quæ autem verba innunt, viam facti quidem, non autem viam juris esse interclusam. Is autem, qui hac posteriore experitur, probationis onus, paucissimis quibusdam casibus exceptis, suscipere debet. Et hac in re **HENNIGSIUM** virum non in umbra Musarum consensercentem, sed in ipso negotiorum publicorum strepitu enutritum, mihi adstipulari a) habeo. *Sufficit itaque possessio, si jura dubia fuerint, donec in petitorio constet, quis sit potior.* Est hoc quidem commune possessionis beneficium, sed hoc singulari argumento ex pace Westphalica fulcitum, ut possessio a nullo unquam sub quocunque praetextu de facto turbari debeat. Accedit quod *invictissimus*, cuius sceptrum veneramur, *imperator FRANCISCUS* in capitulatione sua b) promisit: *Wollendie guldene Bulle – sonderlich aber obgedachte Münster und Osnabrücke Frie-*

a) in Medit. ad *J. P. spec. VII.* p. 871.

b) Art. II. §. 3.



*Friedens-Schlüsse*, bevorab was Art. V. §. 2. Art. VIII. de juribus statuum, und Art. VII. Unanimique quoque - gleich als wenn es dieser Capitulation von Wort zu Wort einverleibet, fest und unverbrüchlich halten, und unter keinerley Vorwand es sey wer es wolle, ohne Churfürsten, Fürsten und Stände auf einen Reichs oder Ordinari-Deputations Tag, vorhergehende Bewilligung, daraus schreiben, sondern dasselbe gebührend handhaben, und dawieder niemand beschweren, noch durch andere beschmeren lassen — Sane ex his verbis sine ullo interpretationis adjumento sole meridiano clarius appet, quod ipse imperator possessionem jurium territorialium statibus in pace Westphalica assertam, omniaque jura cum ea connexa, sanctissima sua promissione denuo corroboret. Nec sollicitat me obiectio eorum, qui cum superioritas territorialis, quoad ortum junior sit ipso, quod imperatori competit, imperio, præsumptionem pro hoc magis quam pro illa militare contendunt. Præter id enim quod supra jam vindicibus hujus sententiae oppositum est, recte cum SPENERO a) regerimus, quod omnis præsumptio legibus loquentibus vana sit.

### §. XIII.

#### *Secunda regula.*

Ad imperium autem quod in tota Germania administratur, quod attinet, jura in eo contenta ne censuram THOMASII incurramus, aut contra ipsam imperii naturam philosophemur, iterum sunt distinguenda. Quædam enim ex iis ita sunt comparata, ut vi legum imperii fundamentalium ad comitia sint restricta, & in iis tantum expediri queant. Alia autem & quidem longe pauciora extra comitia exercentur. De illis

hanc

a) in *Jure publ.* L. IV. c. 4. §. 7. n. b.



hanc propono regulam: OMNIA JURA COMITIALIA  
 SUNT COMMUNICATA, ET QUÆNAM EX IIS RESERVA-  
 TA SINT, EX LEGIBUS IMPERII FUNDAMENTALIBUS  
 PROBANDUM EST. Demonstratio iterum ex ipsis le-  
 gum imperii fundamentalium visceribus depromitur.  
 Pax Westphalica enim juribus & libertati statuum in  
 aureo isto Artic. VIII. & ejus §. 2. sic prospexit. Gau-  
 deant sine contradictione jure suffragii, in omnibus deli-  
 berationibus super negotiis imperii, praesertim ubi leges  
 ferenda, -- & si fædera facienda, vel ejusmodi negotia  
 peragenda fuerint, nihil horum aut quicquam simile,  
 posthac unquam fiat, vel admittatur, nisi de comitiali, li-  
 beroque omnium imperii statuum suffragio, & consensu:  
 & in sequenti §. Habeantur -- in proximiis vero co-  
 mitiis de electione regum romanorum, -- reformatio-  
 ne politie & justitiae, -- & similibus negotiis, quæ  
 heic expediri nequiviverant, ex communi statuum consen-  
 su agatur & statuatur. Quæ omnia in capitulat. novis-  
 fina a) confirmata sunt: In allen Berathschlagungen ü-  
 ber die Reichs Geschäftte, insonderheit diejenigen, welche  
 in dem Instrumento pacis namentlich exprimiret, und der-  
 gleichen, sollen und wollen wir die Churfürsten, Fürsten,  
 und Stände des Reichs, ihres juris suffragii sich gebrau-  
 chen lassen, und ohne derselben Reichstätigige freye Beßtim-  
 mung in selbigen Dingen nichts vornehmen und gestat-  
 ten. Ex quibus legibus inter se collatis colligo: primo:  
 quod non illa iura sola quæ ibi nominatim expressa sunt,  
 sed & alia his affinia atque similia, quæ ob immortales  
 fere in pacis sanctione contradictiones præcidendas,  
 atque ob accelerandum pacis negotium, non expedita,  
 & ad sequentia comitia remissa, ad statuum consen-  
 sum

C

a) Art. IV. §. 1.



sum restricta sunt. Innuunt enim hoc & probant solennes clausulae §. 2. aliave ejusmodi negotia peragenda fuerint, — nihil horum, aut quicquam simile, postbac unquam fiat, — & in §. 3. & similibus negotiis, quæ hic expediti neguiverant — Imo plenum & exactum catalogum quem tanquam cynosuram sequi, status oporteret, hic non esse expectandum, sed potiora saltim & existentiora jura tangi, ad quæ farta teuctaque servanda statuum maxime referit, vocula *præsertim* indicat: sed inde nullum ut recte HENNIGES a) sèpius jam laudatus observat, reliquias, quæ heic silentio transmissa sunt, juribus *præjudicium* infertur. Deinde quod *augustissimus imperator* non solum jura in citatis §§, nominata, sed & alia his affinia atque similia, sub laudatis istis clausulis comprehensa, statibus in adducto capitulationis novissimæ passu denuo asseruerit. Verba enim welche in dem Instrumento pacis namentlich exprimiret, und dergleichen, hoc ab omni dubio liberant. Quæ cum ita sint, jura comititalia æqua lance inter imperatorem & status imperii divisa esse, in propatulo jacet. Hoc etiam vel sola comitiorum forma probat. Imperator nempe refert ad status, status in classes distincti deliberant, & postea decreta faciunt. Antequam autem status propositioni imperatoris adstipulentur, aut *imperator* statuum decreta rata habeat, nil agitur. Et hoc est quod vult illud πολυθεόντων, cuius in Actis publicis frequenterissima est mentio: semissem scilicet comitiorum apud status esse.

#### §. XIV.

*Eius probatio.*

Quod autem reservata imperatoris probanda sint,  
hac

\* libr. cit. spec. VI. p. 874.



hæc forsitan efficiunt. Notum enim est, quod cum Sueciae & Galliae legati 1645 pacis conditiones offerrent, illique in propositione quinta, qua exstat apud LONDORIUM a), hi autem in propositione septima, apud EUNDEM b), prima stamna delinearent, ex quibus postea §. 2. Art. VIII. ¶ P. contextus est, legati Cæsarei in responsione ad utramque pacis adumbrationem, quæ apud eundem laudatum collectorem c) legitur, respective verbis dergleichen, und gleicher Art, quibus dicti legati usi fuerant, addiderint: *Doch vorbehältlich, und unverletzt desjettigen, was dem Röm Kayser und das Churfürstl. Collegium allein betrifft, und ohnverletzt derselben Rechten und Hoheiten, auch daß alles verstanden werde, nach dem im Römn. Reich von Alters her üblichen Gebrauch.* Quibus peractis, principes Evangelici de liberatione de momentis quibusdam gravaminum instar tractatis, habita, apud LONDORIUM d) inter alia, numero XIII. poposcerunt, ut Cæsar's reservata enumerarentur: id quod etiam legati Gallorum & Suecorum in replicis apud EUNDEM e), simul cum ulteriore clausula adjecta explicatione sollicitarunt: Legati autem imperatoris his regesserunt in duplicitis, qua etiam in collectione LONDORII f) protestant: *Die in responsione Cæsarea gesetzte Worte verstecken sich auf den modernum imperii statum, & ejusdem fundamentales leges, consuetudines & obseruantias, und nicht wie tempore antiquorum romanorum imperatorum gewesen, - - & in declaratione, quam nobis beat*

C 2

tus

a) in Actis publ. Tom. V. P. II. c. 98. p. 926.

b) l. c. c. 97. p. 925.

c) l. c. c. 100. 101.

d) l. c. c. 113. p. 1045.

e) l. c. c. 118. 119. p. 1075. &amp; 1078.

f) l. c. c. 120. p. 1082.



*tus de MEIERN* in opere *Actorum pacis Westphalicae*  
auro cedroque digno a) exhibet; *Dass man Kayserl.*  
*Majestät zumuthen wolle, die Kayserl.* Reservata und  
propria jura zu designiren, steht man gewisser Ursachen  
wegen dieses Orts sehr an: hält vielmehr dafür, man obi-  
ges alles wohl erläutert, und künftig die Kayserl. Wahl-  
Capitulation darnach gerichtet wird, daß der Sachen da-  
mit genungsam und durchaus geholfen seyn werde.  
Qua ex re abunde patet, quod imperator juribus statu-  
um stabilitis, propria sua jura excipiendo & reservan-  
do salva esse voluerit. Cum tamen exceptionum &  
reservationum hæc sit natura, ut is qui ad utramque  
provocet, probare debeat, quid exceptum, quantum-  
que reservatum sit, sponte fluit, quod si de jure quo-  
dam comitiali *Augustissimum* inter & *status* dubia ena-  
scantur, ab illo probatio sit subeunda. Nec obstat,  
quod hæc clausula instrumento pacis non inserta, sed  
potius omissa sit: hoc enim non ex voluntate legato-  
rum imperatoris, sed suasi *Oxensternii* factum esse, *acta*  
*apud MEIERN* b) testantur. Satis etiam est, quod ipsi  
legati Cæsarei illius fuerint Auctores, eamque sponte  
prolatam laudato §. 2. Art. VIII. §. P. irrito licet cona-  
tu, adneeti voluerint. Accedit, quod si *imperator* jus  
aliquod comitiale dubium, in dictis §. §. expresse non  
nominatum, sine ulla præmia probatione, ex legibus im-  
perii fundamentalibus, aut ex observantia defumta, si-  
bi tanquam reservatum afferere vellet, ille solus inter-  
pretem hujus sanctionis ageret, hoc autem fieri non  
debere, *Instrum. pac. c)* & *capit. noviss. d)* indicant.

## §. XV.

a) P. II. p. 94.

c) Art. V. §. 50. circa finem.

b) P. IV. p. 495.

d) Art. II. §. 5.



## §. XV.

Tertia regula &amp; ejus probatio.

Ordo nunc postulat, ut etiam jura extracomitia-  
lia tangamus. Hæc autem cum ad regendum &  
defendendum imperium, nec non ad splendorem eximiæ  
qua solium *imperatoris* coruscat, dignitatis, augendum  
faciant, non alucinari nobis videmur, si statuamus,  
**OMNIA HÆC JURA PRO RESERVATIS ESSE HABENDA,**  
**DONECILLA COMMUNICATA ESSE, EX LEGIBUS IMPERII FUNDAMENTALIBUS DEDUCATUR.** Illustrant hoc  
WIPPO in vita Conradi Salicij a): *Archiepiscopus Mogun-*  
*tinus — — elegit — — Chunonem suum in dominum &*  
*regem atque rectorem & defensorem patriæ, & Diploma*  
*FRIDERICI II. anni 1219. ap. TÖLLNERUM b): Cum*  
*ex debito regie eminentiae omnium imperii fidelium ju-*  
*ra pie debeamus, & velimus favore tueri, atque gubernare.* Probat autem hoc & ipse electionis finis. Status  
enim ideo imperatorem eligunt, ut illum tanquam ca-  
put fibi ut membris præficiant: quod tot solennes for-  
mulæ in *recessibus imperii* obviæ, & a SPENERO c) col-  
lectæ clarius demonstrant. Quid? quod ipsi etiam sta-  
tus *imperatorem* mox *caput imperii*, mox *summum im-*  
*perii caput* ut videre est apud LONDORIUM d), FA-  
BRUM e), & PFEFFINGERUM f), nominant. Probat  
hoc adhuc specialius *proemium capitul.*: In eo enim  
imperator fatetur, *dass er zur Ehre und Würde des rö-*

C 3

mischen

a) apud PISTORIUM T. III. p. 462.

b) in codice Palat. diplomat. n. 80. p. 68.

c) in *Jure publ.* L. IV. c. I. §. 2. n. a.

d) lib. cit. T. V. L. I. c. 17. p. 63. T. VIII. L. IX. c. 109. p. 92 §.

e) in der Staats-Cantzley, T. III. p. 760. T. VII. p. 764.

f) ad Vitriarium T. I. tit. V. n. c. p. 402.



*mischen Königlichen Nahmens und Gewalt erhoben, erhöhet, und gesetzet sey: hinc etiam jura quæ ad splendorem & dignitatem imperatoriam pertinent, simul in illum translata sunt. Deinde *summum Germaniae caput* in ipso pacto suo inaugurali a) promittit: *Wir sollen und wollen das Reich, so viel in unsren Kräften ist, schirmen*, hinc & omnia jura quæ ad defensionem imperii collineant, in illum, quatenus leges imperii non obstant, transferunt. Quod vero jura extracomitalia communicata non præsumantur, sed ex legibus imperii probanda sint, ipsa praxis imperialis & negotium capitulationis ostendunt. Status enim si *imperator* jus de quo leges imperii fundamentales nihil disponunt, an consensu comitali sit adstratum, nec ne? sibi soli reservatum contendit, quod tamen status secum communicatum volunt, tempus operiri solent, quo *imperator* fatis concedit. Tunc autem ejus successorem, qui denuo purpura imperiali condecorandus est, in parte eius aufpicali adigere solent, ut hoc jus cum iis vel omnibus, vel non nullis saltim communicet. Exemplo esse potest jus concedendi regale cedendi monetar. Hoc olim ab imperatoribus liberrime esse concessum, tot diplomata præsulibus in specie data, quorum vel sexcenta supereffè HEINECCIUS b) autumat, quæque ex parte illustrissimus de BÜNAU c) recenset, confirmant. Ast in capitulatione Maximiliani II. d) hoc imperatoris reservatum cum collegio electoralita est communicatum, ut imperator in ejus exercitio electorum consensu opus habeat, quæ autem formula*

in

a) Art. II. §. 1.

b) *de nummis Goslariensibus* p. 4.c) in Diss. *de jure circa rem monetariam in Germania* c. II. §. 42.  
p. 63. sq.

d) Art. 30.



in capitulatione *Caroli VI.* a) eo extensa est, ut etiam circulus, ad quem status cui jus monetæ cūdendæ impertiendum pertinet, antea quam tale privilegium conferatur, constitandus sit: quamque integrum *capitulat.* noviss. b) insertam vides.

## MEMBRVM II.

IN QUO POTESTATEM LEGISLATORIAM  
IN GERMANIA JUS COMMUNICA-  
TUM ESSE, EVINCITUR.

## §. XVI.



*Dissensus DD. de bac materia.*

Posto principio, periculum nunc faciamus quorundam jurium eminentiorum, **POTESTATIS NIMIRUM LEGISLATORIÆ, ET JUDICIARIÆ**, dijudicaturi, utrum ad communicata, an ad reservata referenda sint? De priori in hoc membro de posteriore autem in proxime subsequenti occupabimur. Ad **POTESTATEM** igitur **LEGISLATORIAM** quod attinet, **HENNIGES** c), **LYNCKER** d), **J. C. SPITZ** e), aliquique eam soli *imperatori* legibus imperii in longe alienum sensum instar mollissimæ ceræ, detortis, vindicant. Quantopere autem fautores horum dogmatum fallantur,

STRU-

a) *Arr. IX. §. fin.*b) *Art. IX. §. 6.*c) *de potestate imperat. circa prof. c.I. §. II. sq. qui hie, quod mirum, ab Auctore Medit. ad J. P. Spec. VII. p. 873. valde dissentit.*d) *tum in Comment. ad Capitul. Josephi Arr. XXXVIII. p. 98. sq. cum in Analect. ad SCHWEDERUM P. Speciali Sect. I. c. 25. §. 4.*e) *in Diff. de imperat. legem universalem in imp. rom. german. ferendi potestate, Erfordiae 1731. habita.*



**STRUVIUS** a) aliqui, quos denso agmine producit  
PFEFFINGER b), jam démonstrarunt. Ne autem Scylla  
hac vitata, in Charybdim abripiamur, aut partium  
studii insinulemur, justam potestatis legislatoriaæ no-  
tionem evolvemus, juribusque quæ sub ea comprehen-  
duntur, delineatis, ex legibus & observantia imperii,  
quibus hac in re tanquam Pharo Ægyptiaco uteimus,  
probabimus, quenam jura ex iis sint communicata,  
quæ autem soli imperatori sint reservata.

### §. XVII.

#### *Definitio potestatis legislatoriaæ.*

Salutem & securitatem publicam, supremum es-  
se scopum, quem superior semper sibi præfixum habe-  
re debeat, illique jus competere ad omnia media qui-  
bus illa promoveatur: hinc tot dari jura majestatica,  
quot dentur media illam assequendi, apud Jurispubli-  
ci universalis DD. est in concessis. Unum & sane salu-  
berrimum ex hisce mediis est, cuius beneficio civium  
actiones eo dirigi debent, ut finis iste obtineri queat.  
Hoc tamen ut eo facilius in effectum deducatur, nor-  
ma illis præscribenda est, ad quam actiones suas deter-  
minent. Et ejusmodi norma dicitur LEX, jus autem de-  
terminandi, quenam normæ uti leges valere debeant,  
est POTESTAS LEGISLATORIA. Immortalis WOLFIUS c)  
quidem potestatem legislatoriam definit per jus con-  
dendi leges: quæ definitio cum nominalis tantum sit,  
utique defendi potest. Cum autem rō condere leges  
JCtis tam late non pateat, ut etiam jus recipiendi leges  
peregrinas, quod autem crita controversiam in pote-  
state

a) *in Corpore J. Publ. c. XXIV. §. 38. n. 38.*

b) *ad Virriarium L. III. t. 3. §. 4. n. 8. p. 368.*

c) *P. VIII. J. N. c. IV. §. 812.*



state legislatoria ut infra demonstrabimus, continetur, sub eo intelligent, malui a circulis Philosophi abstine-re, quam circulos JCTorum turbare. Eamque ob cau-sam definitionem quam illustris NETTELBLADT a) quo praeceptore me usum esse, impensa lector, suppedi-tavit, definitioni Wolfianæ prætuli.

### §. XVIII.

*Potestas legislatoria superiori constat.*

*Superiori competit potestas legislatoria.* Superio-ri enim constat jus civium actiones ita dirigendi, ut salus publica obtineatur. §. XVII. Hinc hujus caussa normam determinare debet, ad quam cives actiones suas componant: §. XVII. WOLF. P. VIII. §. 29, 36, 813. quæ cum sit lex, & jus determinandi normam, quæ ut lex valere debeat, cum sit potestas legislatoria: §. XVII. *superiori potestas legislatoria competit.*

### §. XIX.


*Jus legem concipiendi & promulgandi superiori competit.*

In potestate legislatoria duo eminentiora jura comprehenduntur. Unum, vi cuius norma, quæ tan-quam lex valere debet, determinatur; alterum, vi cuius hac norma in notitiam eorum qui actiones suas illi attemperare tenentur, defertur. Illud vocamus *jus CONCIPENDI LEGEM*, hoc autem *jus LEGEM PROMULGANDI*. *Utrumque autem jus superiori competit.* Con-tinetur enim tam jus concipiendi legem, quam eam promulgandi, in potestate legislatoria, quæ cum tota competat superiori: (§. XVII.) competit illi etiam partes.

### D

### §. XX.

a) in *systemate J. N. P. II.* §. 758.



## §. XX.

*Jus leges peregrinas recipiendi penes superiorum est.*

Si superior normam determinat, quæ tanquam lex valere debet, vel ipse eam condit, vel eam in alia republica jam valentem in sua republica ita constituit, ut cives vel principaliter, vel in subsidium tantum actiones suas ad eam dimetiri obligentur: in utroque casu inde manat JUS LEGES PEREGRINAS RECEPIDI. *Quod jus etiam superioris est.* Illi enim constat jus determinandi, quæ norma ut lex in republica valere debeat. (§. XVIII.) Iam vero perinde est, sive normam a se demum conditam, sive normam in alia republica jam stabilitam, in sua aut principaliter, aut in subsidium tanquam legem valere, jubeat. Cumque hoc dicatur jus leges peregrinas recipiendi, hoc *superiori constare sponte fluit.*

## §. XXI.

*Jus privilegia concedendi & dispensandi superiori constat.*

Si superior determinat normam, quæ tanquam lex in republica valere debet, illi integrum est, vel omnes subditos obligare, ut actiones suas ad eam accommodent, vel quosdam ex iis eximere, quibus aliam agendi regulam praescribit, prout saluti publicæ hoc expedire illi visum fuerit. Ex posteriori casu jus speciale quod a regula deflectit, ortum trahit. Hoc si superior ad certum quoddam reipublicæ membrum in individuo consideratum, in casu particulari restringit, ille DISPENSARE, fin in casu universalis, *privilegium concedere* dicitur. *Utrumque autem jus tam dispensandi, quam privilegium concedendi superiori competit.* Si enim superior privilegium concedit, determinat normam, ad quam reliqui cives respectu ejus, cui *privilegium*



gium indulxit, & hic respectu illorum, actiones suas moderari debent: cum autem jus determinandi normam ad quam cives suas exigere tenentur, superiori constet, (§. XVIII.) consequens est, ut *illi etiam competit jus privilegia concedendi*. Deinde cum superiori jus habeat, omnibus civibus normam praescribendii, ad quam actiones suas componant, (§. XVIII.) ille etiam uni ex iis in individuo considerato, normam praescribere valet, ad quam in casu particulari actiones suas attemperet. Cum autem hoc sit *dispensare, superiori jus dispensandi constat*. Alii hoc alio modo demonstrant, ut WOLFIUS a), BOEHMER b), FRITSCHIUS c), atque CANTZIUS d). Cum tamen omnes in re ipsa conveniamus, de methodo disputare, iis relinquo, qui Andabatarum more pugnare amant.

## §. XXII.

*Jus mutandi leges superioris est.*

Si superior normam a norma, ad quam huc usque subdit in eadem re, actiones suas composuerunt, diversam determinat, ut actiones suas in posterum ad eam exsequantur, *LEGEM MUTASSE* dicitur. Hoc autem vel ita contingit, ut aut recentior quanta quanta est, ab antiquiore diversa existat, aut antiquiori per recentiorem aliquid addatur, aut dematur. Illo in casu, lex ABROGATA vocatur: isto in casu, legi OBROGATUM, hoc autem, eidem DEROGATUM esse, in schola loqui solemus. *Superiori competit jus legem mutandi, hinc etiam jus eam abrogandi, illi obrogandi atque derogandi.* Superioris

D 2 enim

a) P. VIII. J. N. §. 824. & 854.

b) in *Jure publ. univ. Part. Spec. L. II. c. 3. §. 55. n. 2. p. 428. sq.*

c) in *Jure publ. univ. §. 147. p. 161. sq.*

d) in *disciplinis moral. omnibus Discipl. II. P. II. c. 3. §. 1373. sq.*



enim est jus determinandi, quæ regule ut leges in re publica valere debeant: (§. XVIII.) si autem superior novam regulam ab illa, quæ in eadem re hue usque tanquam lex valuit, diversam constituit, nil aliud agit, quam ut determinet, quæ regula tanquam lex in posterum hac in re valitura sit: quod cum sit jus mutandi legem, patet inde, quod *illud superiori competit*. Cumque jus mutandi leges jus abrogandi legem, eidem abrogandi, atque derogandi, sub se complectatur, manifestum est, *etiam jus abrogandi legem, eidem obrogandi, atque derogandi, superiori esse tribuendum.*

## §. XXIII.

*Jus interpretandi leges superiori constat.*

Tò INTERPRETARI LEGES idem est, ac inquirere, quid legislator per verba legis dictum voluerit. Quæ interpretatio si ab ipso superiori suscipitur, authentica, si ab aliis, doctrinalis cluet. *Superiori competit jus interpretandi leges, & ejus interpretatione, licet sensum legis non attingat, standum est.* Ponamus: alium præter superiore leges in casu dubio interpretari: tunc facili negotio evenire potest, ut aliis plane, ac quem cum verbis coniunctum voluit legislator, legi tribuat sensus. Cumque hac ratione lex mutetur, jus autem mutandi legem superiori constet, (§. XXII.) luculentum est, *jus interpretandi leges superiori competere.* Deinde esto: superiore in legis, ab antecessore latæ interpretatione, sensum quem legislator cum ea coniunctum voluit, non attingere, nihil inde colligi potest, quam quod legem mutaverit: cum tamen hoc jus superiori constet, (§. XXII.) & hoc pœsto perinde sit, ac si novam legem tulerit, *interpretatione ejus & licet sensum legis non attingat, standum est.*

## §. XXIV.

## §. XXIV.

*Jus leges concipiendi in Germania est jus communicatum.*

Evoluta iusta POTESTATIS LEGISLATORIÆ notio-  
ne, & adumbratis, quæ in ea comprehenduntur, juri-  
bus, nostrum nunc est, ut fidem supra (§. XVI.) datam  
liberaturi, ostendamus, utrum & quænam ex hisce ju-  
ribus cum statibus sint communicata, quæ autem soli  
imperatori sint reservata? Hoc ut rite fiat, singula jura  
principio a nobis in membro superiore stabilito appli-  
cabimus. Agmen dicit JUS LEGES CONCIPENDI. Est  
autem hoc jus ut ex legibus mox citandis patebit, jus  
comitiale, hinc ad jura communicata spectat, nisi ex  
legibus imperii fundamentalibus aut ex observantia  
probetur, illud imperatori esse reservatum. Tantum  
autem abest, ut hoc ex iis probari possit, ut potius o-  
mnes in eo amice conspirent, quod illud cum statibus  
communicatum sit. Demonstrat hoc pax Westphalica  
& quidem Artic. VIII. §. 2. (§. XIII.) a nobis jam trans-  
scriptus. Demonstrant hoc tot formulae recessuum  
imperii, utpote Ordinatio Regimenti anni 1550. a): re-  
cessus imperii Wormatiensis anni 1521, aliquie b), & in  
specie recessus imperii novissimus c). Demonstrat de-  
nique hoc capitulatio novissima & quidem pluribus  
quam uno loco: diserte autem Art. II. §. 4. & Art. IV.  
§. 1. disertissime vero Artic. II. §. 5. Vielmeniger neue  
Ordnungen und Gesetze im Reiche machen, sondern mit  
gesamter Ständen Rath und Vergleichung, auf Reichs-  
Tagen damit verfahren: zuvor aber darinn nichts ver-  
fügen, noch ergeben lassen, als welches solcherfalls ungül-  
tig und unverbündlich seyn soll. Ipse etiam imperator

D 3

Ferdin-

a) in proemio.

b) in clausulis finalibus.

c) §. 199.



*Ferdinandus II.* hoc fassus est, cum consiliarii ejus aulicci ipsius mandato, Saxoniae Electori uti videre est apud LONDORIUM a), responderent: *Neue Gesetze können Ihro Kayserl Majestät nicht machen ohne Consens des sämtlichen Reichs Stände: & alia occasione Auguftissimus idem ille imperator legatis circuli Franconici die XXII. Aug. 1629 apud LONDORIUM b), voce Cæsarea majestate digna regessit: Es erinnre sich Ihro Kayserl. Mißestet, daß in demjenigen, da man neue Gesetze und Constitutiones aufrichten wolle, dem im Reiche Herkommen nach, solches auf gemeinen Reichs-Versammlungen constituiret werden solle. Quod vero hoc jus sit comitiale & ipse, quo leges imperii conduntur, modus & Inſtrument. pacis c), & capitul. noviss. d) extra omnem dubitationis aleam ponunt.*

### §. XXV.

*Jus promulgandi leges in imp. Germanico est jus reservatum.*

Sequitur *jus leges imperii promulgandi*. Hoc autem esse comitiale, omnes imperii recessus finitis comitiis, & discedentibus imperatore & statibus, promulgati evincunt. Hinc illud pro communicato haberi posset, nisi ex observantia, & luculentissimis recessuum imperii passibus constaret, illud esse reservatum imperatoris. Spectant huc illa loca quæ LYNCKER e) ex iis attulit, quibus tamen multa & longe clariora adhuc addi possunt, ad quæ refero §. 72. rec. imp. Augustani anni 1330 ita fancientem: *Demnach gebiethen wir von Röm. Kayserl. Macht und Vollkommenheit, allen und jeglichen Churfürsten, Fürsten, Geistlichen und Weltlichen*

chen

- |   |                         |
|---|-------------------------|
| a) Tom. II. L. I. c. 4                    | b) Tom. IV. L. I. c. 6. |
| c) Art. VIII. §. 2.                       | d) Art. III. §. 5.      |
| e) in Diff. de consensu electoralii §. 3. |                         |

chen, — — — und sonst allen andern, unsfern und des heiligen Reichs Unterthanen, und Getreuen, — — hiemit ernstlich, und wollen, daß keiner den andern — — Das ist unsere ernstliche Meynung: — — Et hæc sine dubio aliaque loca, LYNCKERUM ejusque aſſeclas ut STRUVIUS a) aliique recte notat, seduxerunt, ut potestatem legislatoriam ſoli imperatori aſſererent, eaque quæ statibus in ſæpius jam citato §. 2. Art. VIII. J.P. adſcribuntur, nihil aliud, quam aetum quendam praeparatorium eſſe, nec legis effientiam ingredi, statuerent.

## §. XXVI.

*Jus leges peregrinas recipiendi eſt jus communicatum.*

Locum nunc ſibi vindicat *jus LEGES PEREGRINAS RECIPENDI*. Hoc *jus ad comitia pertinere*, aliqua ex parte ambiguum, præfertim ſi factum receptionis iuri romani in Germania respicias, quod publica auctoritate factum eſſe, nunquam probari potest, quicquid etiam BONONIENSES in epiftola ad Bartholdum NIHUSIUM data, quam hic libro ſuo, cui rubrum IRNERII inscripsit, inferuit, & ipſe NIHUSIUS b), aliique, quos STRUVIUS c) nominat, obganniant, videri potest. Sed si recentiora tempora contempleris, hæc res tantis dubiis non eſt obnoxia. Exſtat enim ſolennis constitutionis cuiusdam receptio, cui & adhuc alia exempla addi poſſunt, quam in comitiis, & ex confensu imperatoris, & statuum factam eſſe, nemo in controverſiam vocare potest. Notum nempe eſt, quod secundum pariem, *je næher dem Sip, je næher dem Erbe,* quæ

a) in *Corp. Jur. Publ.* c. XXIV. §. 37. n. 58.

b) tam in arte nova, quam in apologetico pro arte nova, multis locis.

c) in *Hift. Juris* c. V. §. 10. p. 377. f.



quæ fundata est in *speculo Saxonico* a), jus repræsentationis in terris, quæ secundum jus Saxonum vivebant, non valeret, ita, ut fratribus, sororumque mortuorum liberi in hereditate patrui dividenda cum fratribus atque sororibus adhuc superstitibus, non concurserent. Cum tamen omnes Germaniae provinciæ hoc jure non uterentur, non poterat non fieri, quin immortales fere lites inde ortum traherent, quibus ut tandem meta poneretur, imperator & status antiquas hasce consuetudines abolendas, & dispositionem Nov. 118. c. 3. in earum locum per universam Germaniam recipiendam esse, in comitis Augustanis a. 1500 habitis, fanxerunt: cuius rei testimonio in *rec. imp. Augustino anni 1500 b)*, in *rec. imp. Wormatiensi an. 1521. c)*, in *rec. imp. Spirensi anni 1529 d)*, & in *Edicto regimenti Norimbergensi anni 1521* obvia sunt. Et quamvis *Saxonie Elector & Duces* tit *SCHNEIDEWIN e)*, atque *HERTIUS f)* docent, contra hanc recessuum sanctiōnem protestati sint, & hæc consuetudo juri romano contraria, testibus BERLICHIO g), atque STRUVIO h), in allodialibus, in *Saxonia tam electorali*, quam *ducali*, adhuc vireat, citatorum tamen recessuum verba probant, consuetudinem domesticam irritam esse declaratam, atque jus peregrinum illius loco esse receptum, hocque in *comitiis*, & ex consensu imperatoris, atque ordinum imperii esse factum: id quod ostendit, *jus leges peregrinas recipiendi*, esse *jus comitiale*, & *communicatum*.

§. XXVII.

a) L. I. c. 3. & 17.

b) tit. XVII.

c) §. 17, 18, 19.

d) §. 31.

e) in Comment. ad Institut. in tertio succedendi ordine n. 14.

f) de paramis juris Germanici L. I. Parcemia 83. §. 1.

g) Part. I. concl. 24. n. 26.

h) Exercit. 38. §. 33.



## §. XXVII.

*Tam jus privilegia concedendi, quam dispensandi est  
jus reservatum, attamen limitatum.*

Ordo nunc tangit JUS PRIVILEGIA CONCEDENDI & DISPENSANDI. Utrumque jus ab eo tantum exerceri posse, cui competit jus leges universales condendi, *Doctores juris naturalis* ex natura rei, & *Doctores juris Civilis* ex l. I. §. I. π. de *confit. princip. eruunt*. Aliter autem haec se se in imperio nostro habere, *illustris Mōser a)* jam ante me monuit. Ad jus autem privilegia quatenus constitutiones personales continent, nec consensu Electorum, aut quorundam aliorum statuum adstricta sunt, largiendi, quod attinet, illud ab *imperatore* extra comitia inconsultis statibus exercetur, id quod praxis cottidiana & tot antiquiorum atque recentiorum privilegiorum tabulae probant. Dantur tamen quod dissimulare non possum, exempla, quae privilegia imperatorum, consensu procerum in comitiis esse corroborata, innuunt; cuiusmodi est privilegium *Rudolphi*, anno 1283 datum, quo libertates & immunitates *Austriacorum* confirmata. In hoc apud LÜNIGIUM b) legimus: *hoc facimus, & confirmavimus, ac confirmamus, etiam omnes literas, libertates, & gratias in iisdem literis comprehensas, de voluntate & assensu principum electorum:* sic etiam privilegia quae *Fridericus III. Austriacus* indulxit, Electores confirmarunt, quam confirmationem etiam LÜNIGIUS c) nobis sistit: & alia exempla, quae *STRUVIUS d)*, affert, qui tamen expectativas ab imperatoribus concessas, cum privilegiis in

E

signi-

a) in *Diss. de potest. imp. circa conc. privil. §. 2.*

b) in *Cont. I. des Reichs-Archivs Sect. IV. §. 9.*

c) *Parte spec. Sect. IV. p. 28.*      d) in *Corp. J. P. c. XIII. §. 2. n. 9.*



signiter confundit. Sed quicquid est, consensum principum aut electorum in omnibus privilegiis necessarium, aut illa non nisi in comitiis fuisse largienda, ex adiectis his exemplis extorqueri non potest. Sane *imperatores* interdum negotia, quæ soli exequi poterant, sponte ad comitia retulerunt. Quis dubitat, quod imperatores olim dignitates majores & minores pro libitu, & sine principum consensu, conferre potuerint? & tamen apud *Ottonem FRISINGENSEM* a), & in *Chronico Augustano ad annum 1156* b), reperimus, quod *Fridericus I. Marchionatum Austriae, de consensu, & iudicio principum, & omnibus principibus approbantibus*, Ducatum declaraverit. Minus adhuc dubii habet, quod imperator sine consensu ordinum thorum descendere, & conjugem votis peractis, maiestatis participem reddere possit. Attamen *Henricus V, ut Conradus URSPERGENSIS* c) memorat, *in die 10. Moguntiae convenitu, magnatum consilio vel consensu, regis Angliae filiam, Matildem nomine, dudum despontatam, legitime sibi conjungens regni consortem constituit.* Hinc SPE-NERO d) inter negotia, quæ ab imperatoribus necessario ad comitia erant devolvenda, & inter negotia, quæ imperatores vel soli, extra comitorum strepitum, vel in comitiis, prout eorum ferebat arbitrium, expedire poterant, distinguenti, calculum addo: ad qua posteriora etiam privilegia sub supra data limitatione, referenda esse, cum illo autumo. Est igitur *jus ut ajunt, extracomitiale*, atque imperatori *reservatum*. Nulla enim lege imperii fundamentali uti *SCHWEDERUS* e) jam

a) L. II. c. 32.

b) in collectione Freberiana T. I. p. 358.

c) ad annum 1014.

d) in Jure Publ. L. II. c. 9. §. 4 n. b.

e) in Introductione in J. P. Parte spec. Scđt. I. c. 10. §. 4.



jam observavit, statutum est, ut *imperator* non nisi statuum consensu accedente, privilegia dare possit, sed e contrario ille hoc jus expressè sibi in *recessi imper. noviss.* a) servat: *Und steht dießennach — — deren fernere Erhöhung bey uns, als Röm. Kayser, von dem diese, und andere dergleichen Begnadigungen herriühren — — & in capitulat. noviss. b)* Electores imperatorem nomine imperii obligant, ut spondeat: *Sollen und wollen wir — — — samt andern Freyheiten und Privilegien, welche wir unter den Nahmen eines Röm. Königs oder Kaisers ertheilen werden, — — — Conferantur adhuc Art. VIII., IX., XI., XVIII. Jus dispensandi autem esse jus extra-comitiale & reservatum imperatoris, illum fugere nequit, qui tio diplomata, quibus imperatores principibus imperii veniam atatis indulserunt, quorum quædam Mylerus ab EHRENBACH c), de LUDEWIG d), & MÖSER e) nobis exhibent, oculo tantum fugitivo perlustravit. Utrumque autem hoc jus admodum esse limitatum, capitulat. noviss. docet. Pollicetur enim imperator quoad privilegia Art. XVIII. §. 6, nulla privilegia ad jurisdictionem imperii imminuendam tendentia edere. Deinde eodem loco & Art. XV. §. 5, nulla contra jus tertii largiri. Porro Art. VIII. §. 1, 22, 23, 24, nulla privilegia, vestigium, stipulae, aut exemptionum concedere, & tandem Art. X. §. 2. ab enormibus privilegiis abstinere. Et quoad jus dispensandi, in specie autem quoad jus legitimandi filios principum ex dispari matrimonio natos, idem promisit Art. XXII.*

E 2

§. 4,

a) §. 115.

b) Art. XXII. §. 7.

c) in *Etiologia principum imperii* p. 80 sqq.d) in *Diss. de etate puberum & major. reg. princip. c. VI. §. 4.* sqq.e) im *Staats-Recht T. XVIII.* p. 455.



*§. 4.* se liberis principum ex matrimonio notorie inæquali procreatis, parrios honores ad imminuendum gentis splendorem non esse collaturum, multo minus eos in detrimentum successorum, purgata natalium labes, successionis capaces esse declaraturum.

### §. XXVIII.

*Jus leges mutandi est jus communicatum.*

Succedit JUS LEGES MUTANDI quod etiam ad comitia spectat. Lex enim mutari dicitur, si alia ab ea quæ mutanda est, diversa fertur. Jus autem leges ferendi vi Art. VIII. §. 2. J. P. saepius jam laudati, non nisi de comitiali consensu exerceri potest. Disertius hæc ipsis *capitulat. noviss.* verbis comprobari posunt. Sancit enim illustre hoc pactum a): *Keinesweges aber ohne Churfürsten, Fürsten und Stände auf Reichs Tagen gleichmässig vorhergehende Bewilligung ändern.* Hinc & hoc jus in classem *communicatorum* abit.

### §. XXIX.

*Jus leges interpretandi est jus communicatum.*

Agmen claudit JUS LEGES INTERPRETANDI. Hoc etiam in comitiis patriam habere sedem, Art. VIII. §. 2. J. P. & tot illustres *capitul. noviss.* passus nos dubitare non sinunt. Eminet ex his posterioribus Art. II. §. 5. — noch allein die Interpretation der Reichs Satzungen und Friedens-Schlusses vornehmen, noch dergleichen unsern Reichs-Hofrath und Cammer-Gericht gestatten, sondern mit gesamter Ständen Rath, und Vergleichung, auf Reichs Tagen damit verfahren, — Ergo & hoc jus ad communicata spectat. Nec obstat quod in rec. imp. Ratisbonensis anni 1541 b) legimus: quod imperator Carolus V. declarationem & interpretationem inducia-

rum

a) Art. II. §. 4. circa finem.

b) §. 28.

*rum Norimbergæ 1532 decretarum sibi soli reservaverit.*  
 Verba enim hujus §. divorcium faciunt a regula. Statis nempe imperatoris providentia commiserant, ut ea quæ ad componenda religionis dissidia usque dum concilium esset convocatum, facerent, curaret: quod recess. imper. Augustinus anni 1548 a) clarius probat.  
 Hinc laudatus ille recessus dispositionem specialissimam continet, quæ ultra verborum tenorem non extendenda est. Quomodo autem interpretatio fieri debeat, & quando illa per suffragiorum numerum, quando vero per transactionem, & amicabilem compositionem instituenda tantum sit, BOECLERUS b), HENNIGES c), & Christ. Gottfr. HOFFMANN d), pluribus exponunt.

## MEMBRVM III.

IN QUO CONSORTIUM IMPERATORIS ET  
STATUUM IN POTESTATE JUDI-  
CIARIA DEMONSTRATUR.

## §. XXX.

*Nexus inter potestatem legislatoriam & judicia-*  
*riam exponitur.*

  
**Explicata POTESTATE LEGISLATORIA, & ad-**  
 umbrata ejus in imperio nostro indole, pe-  
 dem ad jus illi congenerum, POTESTATEM  
 scilicet JUDICIARIAM proferimus. Quem-  
 admodum enim superiori ut supra fuisus  
 ostensum, jus competit, normam praescribendi, ad  
E 3 quam

a) §. 7.      b) in legislatore Germ. Vol. Dissert. I. p. 283.

c) in Meditat. ad J. P. Spec. VII. p. 875.

d) in Diss. de ratione interpretandi leges imper. rom. german. publicar.

## XXXVIII



quam cives actiones suas attemperent, ut saluti publicæ conveniant: sic eadem ex ratione jus illi dandum est, exigendi a civibus, ut jura & obligationes inde dimanantes, expleant: alioquin omnia principis sancta in irritum reciderent, & effectu suo destituerentur. Jus autem quod hac ex re natales suos derivat, atque in exigendo a civibus jurium & obligationum expletionem consistit, **POTESTATEM JUDICIARIAM** appellamus.

## §. XXXI.

*Potestas judiciaria superiori competit.*

*Potestas judiciaria superiori competit.* Superiori enim constat jus normam præscribendi, ad quam subditæ actiones suas determinant, ut salus publica obtineatur. (§. XVIII.) Cum tamen illi cui competit jus ad finem, jus ad media hunc finem obtinendi, per indubitatem iuris naturæ principia, denegari non possit, & optimum medium salutem publicam obtinendi, sit jus cogendi subditos, ut ad normam præscriptam actiones suas moderentur, & sic jura inde descendentia & obligationes ex ea natæ expleant, (§. XXX) hoc autem jus dicatur *potestas judiciaria*, (§. XXX) *hanc superiori competere luculenter* appetet.

## §. XXXII.

*Jus denominandi eos per quos potestas judiciaria exercetur.*

In solo igitur superiore potestas judiciaria sedem sibi vindicat. Cum tamen hi ob negotiorum molem ipsi hoc jure fungi nequeant: viros vitæ & famæ integrorum sibi adsciscunt, per quos potestatem judiciariam exercent. Ortum inde trahit *jus denominandi illos per quos potestas judiciaria exercetur*. Superior autem si quosdam denominavit, qui potestatem judiciariam suo nomine exercent, eo ipso se jure suo non privavit, sed hi



hi in subsidium tantum sunt adsumti, ut justitia eo ac-  
curatius atque celerius administretur: hinc jus non ha-  
bent, superiorem prohibendi, quo minus ipse judicet,  
sed cum horum potestas potestati superioris fasces suos  
quasi submittat, arbitrio ejus etiam relinquere debent,  
utrum si salus publica poscat, ipse, an per eos jus dice-  
re velit. Et licet respectu concivium suorum publi-  
cam personam cum imperio sustineant, respectu supe-  
rioris tamen semper sunt & manent subditi, omnisque  
auctoritas, qua præ ceteris effulgent, a superiori tan-  
quam fonte jurisdictionis, in eos profluxit. *Jus au-  
tem denominandi eos, per quos potestas judicaria exer-  
cetur, superiori constat.* Potestas enim judicaria so-  
lius est superioris: (§. XXXI) hinc igitur ille solus eam  
exercere, & si hoc onus a se amoliri cupit, aliis eam  
concedere potest. Cumque hoc fiat denominando  
eos, per quos superior eam exercitam vult, *jus denomi-  
nandi eos, per quos potestas judicaria exerceatur, superio-  
ri constat.*

### §. XXXIII.

*Jus determinandi modum, quomodo potestas judicaria  
administrari debeat.*

Superior si potestatem judicariam aliis exer-  
cendam commisit, determinare potest, quomodo illa  
administrari debeat, prout ei vi führuerit, dummodo  
salus publica inde nil detrimenti capiat. Enascitur in-  
de *jus determinandi modum, ad quem jurisdictio admi-  
nistranda est.* *Quod etiam superiori constat.* Superio-  
ris enim solius est potestas judicaria (§. XXXI) hinc  
& ille solus de ea disponere, eamque vel retinere, vel  
aliis committere potest, si que eam commisit, determi-  
nare potest, quomodo ea sit exercenda, prout illi vi-  
sum



sum fuerit, dummodo salus publica inde non laedatur. Cumque si hoc fiat, modus determinetur, secundum quem jurisdictio administrari debeat, *superiorius hunc modum determinandi constat.*

#### §. XXXIV.

##### *Jus visitandi judicia.*

Si autem modus jurisdictioni praescriptus, illius etiam est, qui eam administrat, ut in actibus, vi jurisdictionis exequendis, eum sequatur: Cumque si illum negligat, aut prorsus excedat, non leve damnum inde saluti publicae immineat, actus ejus quos expedit, interdum sunt examinandi, utrum modo praefixo sint conformes, nec ne? Prodit inde *jus visitandi judicia*, quod est jus examinandi actus judiciorum, utrum modo praescripto sint conformes, nec ne? *Jus visitandi judicia superiori competit.* Superior enim modum, secundum quem jurisdictio administranda est, prout ei visum fuerit, determinare potest, (§. XXXIII) & simul respicere debet, an salus publica inde aliquid detrimenti capiat: (§. XXXIII) Cum tamen hoc si modus ille negligatur, vel prorsus excedatur, quam facilime fieri possit: superior in actus jurisdictionis inquire debet, utrum modo praescripto sint conformes, nec ne? Cumque hoc sit *jus visitandi judicia*, *superiori illud competit.*

#### §. XXXV.

##### *Jus judicia mutandi.*

JUDICIA IMMUTANTUR, si modus qui hucusque jurisdictioni praescriptus fuit, vel laxior vel arctior redditur. *Jus judicia immutandi penes superiorum est.* Superior enim modum, secundum quem jurisdictio administrari debeat, prout ei visum fuerit, determinare potest (§. XXXIII), hinc etiam eundem si laxior fuerit, arctiore, &



& si arctior laxiorem reddere potest: cumque hoc sit  
JUDICIA MUTARE: superiori jus judicia mutandi constat.

§. XXXVI.

*Jus privilegia exemptionis fori concedendi.*

Si superior potestatem judicariam aliis concedit, ab ejus arbitrio pendet, quosnam cives illi subjectos velit. Hinc & eos qui huc usque illi subfuerunt, eadem, si salus publica hoc postulat, solvere potest: quod vero per PRIVILEGIA EXEMPTIONIS FORI fieri solet. Qua ex re JUS PRIVILEGIA EXEMPTIONIS FORI concedendi ortum trahit. *Hoc autem jus etiam a solo superiore exercetur.* Superiori enim constat potestas judicaria, (§. XXXI) atque ille tantum modum determinare potest, secundum quem illa si aliis concessa est, administrari deber, (§. XXXII) hinc & ab ejus arbitrio stat, quosnam cives illi subjectos, quos autem ab ea exemptiones velit: hinc si salus publica hoc exigit, quosdam ex iis ab ea iterum eximere potest: cumque hoc per PRIVILEGIA EXEMPTIONIS FORI fiat, *jus illa concedendi a solo superiore exercetur.*

§. XXXVII.

*Dissensus Doctorum de eo, qui fons sit juris dictio[n]is in imperio.*

Enodata potestatis judicariae notione, & explicatione jurium in ea contentorum, ad finem perdueta, quæstio a nobis nunc rangenda est, a quoniam tanquam fonte iurisdictio in imperio nostro profiliat: utrum ab imperatore solo an ab imperatore & statibus simul? Pugnant hic ab utraque parte non singuli sed integræ Doctorum cohortes, ex quibus illustriores tantum nominasse juvat. Sic imperatorem solum fontem jurisdictionis esse defendant STAMLERUS a), LAMPADIAS

F

DIUS

a) de Reservatis imper. §. 34.



DIUS a), KULPISIUS b), BOECLER c), Abasv. FRITSCHIUS d), DATTIUS e), Perill. de ZECH f), Auctor quæstionum: Ob Camera cum aula Cæfaris concurrentem jurisdictionem habe? & ob der Käyserl. Hoff-Rath mit und neben dem Käyserl. Cammer-Gericht zu Speyer, concurrentem jurisdictionem in allen und jeden Sachen habe? g) Auctor Deductionis, daß die Römische Käyserl. Majestät allein und privative einen von Ihro Majestät auch allein constituirten, und nicht nur præsentirten Cammer-Gerichts-Præsidenten suspenderen, und gar abschaffen könne h), BECKERUS i), LYNCKERUS k), HENNIGES l), NITSCHIUS m), Franc. Reginald L. B. ab ANDLERN n), personatus Cæsarinus FÜRSTENERIUS o), illuſtr. PÜTTERUS p), TAFFINGER q), aliisque. Sententiam autem huic e diametro oppositam tuiti sunt larvatus Hippolytus a LAPIDE r), BE-

SOL-

- a) de republ. rom. germ. P. III. c. 16.
- b) ad Lampadium P. III. c. 16. §. 8. p. 374.
- c) in notitia S.R. Imp. L.XIII. c.2. p.231.
- d) in Addit. ad LIMNAEUM L. IX. c.2. §.52. p.368.
- e) de pace publ. L. IV. c.1. §. 177. p.718. fqq.
- f) in Europ. Herold T. I. p.909.
- g) ap. LONDORPIUM in Aelis publi-  
eis T. I. c. 2, 3. p. 6. fqq.
- h) T. IX. der Staat Cantzley  
e. 3. §. 13. p. 212.
- i) in Vindictis ad BLUMIUM tit. 25.  
n. 16.
- k) in Analect. ad SCHWEDERUM Parte spec. S. I.  
c. 8. §. 3. & c. 13. §. 9. & c. 14. §. 3.
- l) de summa imp.  
Rom. potest. circaprofana c. III. § 63.
- m) in Comment. ad capitul. Jofeph ad Art. IV. § 3. p. 645.
- n) in Diff. de jurisdictione ex usu fori in primis bodierni sub præsidio VELTZI, Argentorati 1716 habita p. 27. fqq.
- o) von des Cammer-Gerichts Jurisdiction § 8. fqq. pag. 19. fqq.
- p) in concinna introduktione in rem judicariam imperii P. I. L. I. Secl. II. c. 1. §. 31. p. 31. fqq.
- q) in Diff. de suprema in imp. rom. germ. jurisdictione 1753. §. 2. & Inflir. J. Camer. §. 419. p. 363.
- r) de ratione status P. I. c. 10. Secl. 5.

SOLDUS *a*), BLUMIUS *b*), KLOCKIUS *c*), LIMNAEUS *d*),  
 MULTZIUS *e*), Rudolpb. HEIDEN *f*), SCHWEDER *g*),  
 VITRIARIUS *h*), THOMASIUS *i*), LUODOLF *k*), STRU-  
 VIUS *l*), SPENER *m*), TITIUS *n*), KEMMERICH *o*),  
 HORN *p*), *Auctores der Erörterung der Frage: Ob*  
*bey denen an die allgemeine Reichs-Versammlung, ge-*  
*gen das Cammer-Gericht ergriffenen Recursibus statu-*  
*um, von ermeldeten hohen judicio, ehe und bevor ü-*  
*ber die angebrachte Gravamina daselbst ein Schluss*  
*abgefasser wird, ein Bericht abzufodern seye? q) nec*  
*non illusterrimus Auctor Anonymus der abgeforderten*  
*eylfertigen Gedancken puncto recursus ad comitia r)*,  
 & *illustris Auctor anonymus der ohnmasgeblichen*  
*Sciagraphie eines Tentaminis Historico-Politici von*  
*dem eigentlichen Ursprunge, wahrer Beschaffen-*  
*heit, und daher folgenden Reichsgesetzmässigen*  
*Würckungen, des Recursus ad comitia, in Justitz-Sa-*  
 chen,

## F 2

- a) in Thesauro Praet. sub voce Cammer-Gericht p. 138.*
- b) in Process. camerale. t. 25. §. 6. c) de contribut. c. XIX.*
- §. 12. p. 432. d) ad capitul. Ferdinandi III. Art. XXX.*
- §. 5. 6. p. 723. & in Jure publico L. IX. c. 2. §. 55. p. 69. sqq.*
- e) in Corp. Juris publ. P. II. c. 26. §. 6. p. 788. sqq. f) in*
- der Grundfeste P. III. c. 5. p. 239. sqq. g) in Introd.*
- in Jus publ. P. spec. Sect. I. c. 13. §. 8. p. 436. sqq. h) in*
- Institut. Juris publ. L. III. t. 11. §. 66, 67. i) ad MON-*
- LAME. cap. V. §. 20. p. 282. k) de jure camerali p. 5.*
- sqq. edit. 1719. l) in Corp. Jur. publ. c. XXVI. §. 24.*
- p. 1013. sqq. m) in Spec. J. P. L. VII. cap. 4. §. 21. sq.*
- n) in Introduct. ad J. P. L. VI. cap. 6. §. 18. o) in J. P.*
- cap. 54. §. 4. p. 623. p) in Jure publ. L. II. c. X. §. 5, 6.*
- q) in Select. J. P. novissimis L.XV. c. 2. r) ap. Perill.*
- de SENCKENBERG in Appendix disquisitionibus, de judiciis*
- principum, palatini in Cesarem & recursu ad comitia adne-*
- xo, p. 231.*



chen, so bey den hohen Reichs-Gerichten pendent  
find. a)

§. XXXVIII.

*Optima ratio hæc divortia sententiarum evitandi, monstratur.*

Tanto igitur sententiarum discrimine existente,  
omni, quo fieri potest, modo, nobis curandum, ne illu-  
strium horum nominum auctoritate a recto veritatis  
tramite, quod multis evenisse videmus, in divortia ab-  
ducamur. Hoc ut fiat, cum legibus ambulabimus, nos  
enim hoc pacto tuto esse ambulaturos, certo confidi-  
mus. Eamque in finem in singula, quæ supra adum-  
bravimus, jura legibus imperii facem nobis præferen-  
tibus, inquiremus, examinaturi, utrum & quænam ex  
iis sint communicata, quæ vero reservata? Hoc enim  
examine peracto, facilis erit discussio, quinam ex Do-  
ctoribus §. XXXVII laudatis, viam ad veritatis templum  
ducentem, ingressi sint. Ante omnia autem efficien-  
dum est, utrum potestas judicaria ad negotia comitia-  
lia recensenda sit nec ne? Ex qua disceptatione felicius  
emergere non possumus, quam si ipsam jurisdictionem a juribus,  
quæ superiori circa illam competunt, separamus, atque ex his illa comitiis vindicemus,  
quæ secundum legum imperii tenorem in iis expediri  
jubentur. Sic e. g. jura quæ a summis imperii tribu-  
nalibus exercentur, ad jurisdictionem pertinent, & ut  
noto notius est, extra comitia expediuntur: cum econ-  
trario ex juribus, quæ circa jurisdictionem versantur,  
quædam, ut jus deliberandi cui, & quo modo jurisdi-  
ctio concedenda sit, aliaque, ad comitia restringantur,  
quædam autem ex iis, ut jus privilegia de non appellan-  
do, non evocando, & his similia, largiendi, extra comitia

pera-

\*) apud eundem Num. II. Sect. I. §. 32. p. 259.

peragantur; qua de re ipsa constitutio camerae imperialis in comitiis Wormatiensibus 1594 ordinata, tot ordinationes camerales in comitiis concinnatae, *Art. VIII.* §. 3. *J. P.*, & *Art. XVIII.* §. 6. *capit. noviss.* omne dubium perimunt. Deinde in vulgus notum est, quod duo sint summa imperii tribunalia, quorum unum magis quam alterum, ab imperatore dependet: hinc diversum jurium, quae circa illa versantur, instituendum est examen, & ab uno ad alterum ratiocinia necesse non licet.

## §. XXXIX.

*Jus denominandi eos per quos potestas judicaria exercetur,*  
*quoad JUDICIUM AULICUM est jus reservatum, quoad*  
*CAMERAM autem est communicatum.*

Præmissis his observationibus, ad ipsam jurium quæ in potestate judicaria continentur, traEtationem, secundum schema supra a nobis delineatum, celerrimo gradu procedimus. Primo loco se offert *JUS DENOMINANDI EOS, per quos potestas judicaria exercenda est:* quod, si *JUDICIUM AULICUM* respicias, extra comitia peragitur, & hinc Cæsaris reservata spectat, & illi adhuc per observantiam, & *capitular. noviss. a)* competit. Immune tamen non est a limitibus, quos illi in specie *Iustitiae pacis b)* scripsit, ita, ut imperator quosdam sacris repurgatis addicatos, in illustre hoc collegium recipere teneatur, quorum numerus in *Ordinatione judicii aulici c)* ad sex membra restrictus est. Cui per *capit. noviss. d)*, adhuc additum est, ut imperator inclytos hosce senatores non ex solis suis subditis, atque vasallis, sed quoad maximam partem ex aliis imperii provinciis, neminiisque nisi sibi & imperio collective sum-

F 3

to,

a) *Art. XXIV. §. 1.*b) *Art. V. §. 54.*c) *Tit. I. §. 2.*d) *Art. XXIV. §. 2, 3.*



to, obstrictos, cooptare velit. Quoad cameram imperialem autem hoc jus ut *Auctor quinquerii Cameralis, a) quem Philipp. Helfr. KREBSIUM b)* esse volunt, observat, atque ex tit. i. *Ordinat. cameralis*, in comitiis Constantiensibus 1507 composita, condocemur, olim fuit comitiale, & hinc cum statibus communicatum, quod etiam si hodie extra comitia expediatur, imperator tamen & status imperii vigore *Instrum. pacis c)* numeris autem membrorum, quaer quilibet denominare debet, positis, conjuncta manu excent.

§. XL.

*Jus determinandi modum ad quem jurisdictio administranda, est hodie quoad utrumque imperii summum tribunal communicatum.*

Progredior ad *jus determinandi modum, ad quem jurisdictio administranda est.* Hoc quoad CAMERAM IMPERIALEM esse *jus comitiale, & communicatum*, nulli fere dubio est obnoxium. In sole enim collocant hoc, solennes formulæ initiales, & finales, tot ordinationum cameralium, in comitiis ex consensu imperatoris & statuum, consecutarum, ex quibus ad eam tantum provocamus, quaer in præmio ordinationis anni 1521 protat. Sed si oculos ad JUDICIUM AULICUM convertas, negotium tam expeditum non est. Tres enim istæ ordinationes, quaer illustri huic senatui diversis temporibus præscriptæ sunt, diverso etiam concinnatae sunt modo. Illa enim quaer condita est a Ferdinandō I, quaer apud LEHMANNUM d), & LÜNIGIUM e) existat, a

folo

- |  |   |
|--|---|
| a) in quest. prima, §. 43. p. 34.                | b) in Diff. de jure present. Affector. cam. in genere & in circ. Sax. infer. inspecie §. 5. |
| c) Art. V. §. 53, 54, 57.                        | d) in Act. publ. de pace religionis L.I. c. 37.   |
| e) im Reichs-Archiv P. generali Cont. II. p. 43. |   |

❧

solo imperatore 1559 & concepta, & promulgata est, ut præmium ejus diserte testatur, hinc hoc jus tempore Ferdinandi I, Maximiliani II, & Rudolphi II, ad imperatoris reservata pertinuisse, certo certius est. Sed cum excelsum hocce judicium nimiam sibi in jure dicendo arrogaret auctoritatem, & in specie in cauſis, quæ inter diversis sacris addictos ventilabantur, partium studium proderet, status ne jura sua detrimentum inde sentirent, merito subverebantur. Eamque ob cauſam variæ ad Cæſaris ſolium devolvebantur quereſiae. Cum autem imperator petitis ſtatuum non ſemper annueret, ipſi ut juribus ſuis proſpicerent, Matthiam imperatorem primo obligarunt, ut in pacto ſuo auspicali a) polliceretur: *Genandten unsern Hoffrath wollen wir auch gewiſſe Ordnungen und Inſtructionen verfaffen, die alte rewidiren, und bey unſerer Reichs-Verſammlung den geſamten Churfürſten zu ihren Gutachten übergeben* — — Ex verbis igitur hujus ſanctionis patet, quod ex mente pacientium hoc jus naturam reservati exuerit, & in claſſem eorum, quæ *jura imperatoria-electoralia* nominari ſolent, abierit. Cum ve-ro Auguſtissimus idem imperator, ut promiſſis ſtaret, novam ordinationem confici, aut potius eam, quæ a Rudolpho II. jam concepta erat, ut *MOSERUS* b), non ſine ratione conſicit, repetitis lectionibus perſpici, eamque ex conſenſu electorum emendari, atque variis additamentis locupletari juberet, status ſic dieti correſpondentes in conuentu unionis cauſa Norimbergæ 1655 habitu, hoc ut *PORTNERUS* c) teſtatur, gravate tule-

runt.

a) Art. XI.

b) in tractatu von dem böchſtpreislichen Kayſerl Reichs-Hofrath

c. IV. §. 4. in den vermiſchten Schriften P. II. p. 240.

c) in notis perpet. ad Ordin. judicij imp. aulici noviss. N. 2. p. 3.



runt. Hinc teste UFFENBACHIO a) eam examini  
fuo subjecerunt, variisque notis in margine appositis,  
quemadmodum apud LONDORIUM b) videre est, sen-  
sa animi exposuerunt. Sic verbis in præmio conten-  
tis: *und haben die -- vorige Ordnung, mit - Vorbe-  
trachtung, gehabten Rath, und Gutachten, unsfer - -*  
*Cburfürsten, in margine adjicerunt: auch andere Stän-  
de - - geschen, verneuert, confirmiret - - & in ver-  
bis finalibus tit. VI. Und wir behalten uns vor obge-  
schriebene Ordnung jederzeit - - zu vermindern, zu  
vermehren, und zu verändern; ubi voculae *Wir* addi-  
derunt *samt Churfürsten, Fürsten und Stände.* Ex  
quo utroque passu quam clarissime elucefecit, quod sta-  
tus imperii hoc jus cum omnibus communicatum vo-  
luerint. Sed tricenalia arma, quæ paullo post sœvire  
incipiebant, impediverunt, quominus negotium hoc  
faustum habere posset exitum. Licet etiam successo-  
res hujus imperatoris *Ferdinandi II. & III.*, ad eadem  
promissa spondenda in pæctis suis inauguralibus, &  
quidem ille, Art. XL, hic autem Art. XLV, obligaren-  
tur, res tamen neque sub *illo* neque sub *hoc imperatore*  
ad finem statibus exoptatum, fuit perducta; Novam  
quidem ordinationem *Ferdinandus III.* sèpius hac de-  
re a statibus admonitus, in comitiis Ratisbonensibus  
1654, nulla vero cum Electoralibus communicatione  
prævia, publicavit. Cumque hi communicationem  
urgerent, imperator rem ad comitia prorogata, ut A-  
cta quæ *LÜNIG* c) nobis servavit, docent, rejectit. Mo-  
nuerunt igitur status in monitis suis communibus Ele-  
ctori Moguntino exhibitis, quæque existant apud *Au-  
toren**

a) in tract. vom Reichs Hofrath C. II. p. 8.

b) Tom. I.c. 61. p. 194. & 200.

c) l.c. p. 295. sq.



*etorem der Grundfeste a), ad Art. XLII. capitulationis, quæ tunc temporis condenda erat, LEOPOLDINÆ, ut huic insererecur: Daß die Reichs-Hofraths-Ordnung auf gehaltenen Rath, mit Churfürsten, Fürsten und Ständen, und nach derselben Gutbefindung und Einwilligung, zu verfassen. Eodem etiam collineant monita, quæ in consesso principum die X Augusti 1664 per Magdeburg dictata sunt, & apud HENNIGESIUM b) legi possunt. Et licet illud monitum, nec capitulationi Leopoldinæ, nec Josephinæ ut illius Art. XLI, hujus autem Art. XL. teftantur, non inferunt, sed res potius ad comitia remissa sit, ita, ut MAURITIUS c), HENNIGES d) & STRUVIUS e) inde inferant, hanc Ferdinandi III ordinationem tacito statuum consensu esse approbatam: statutus tamen in variis conclusis, literisque ad imperatorem datis, quæ HENNIGES f), multis locis adducit, communicationem semper postularunt. Nova tandem sanctio hoc negotium respiciens capitulationi Caroli VI g) his verbis intexta est: Auch sollen und wollen wir, gleich nach angetretener unsrer Regierung, per decretum, von dem Reich ein Gutachten wegen zu verbesserender Reichs-Hofraths-Ordnung erfordern, und so weiter sothe Verbeffierung möglichster Dinge befördern, und fort dieselbe zu ihren Stand bringen lassen. Quæ formula non solum in capitulatione Caroli VII & in noviss. b) verbotenus repetita est: sed cum etiam*

G

in

a) P. III. c. 8. p. 158.

b) Mantissa II. ad spec. V. p. 116.

c) de judicio aulico th. 19. p. 411. d) ad capit. Josephi Art. XL. n. a. p. 327.

e) in Corp. Jur. Publ. c. XXVI. §. 5. p. 999.

f) Spec. VII. Mant. I. p. 1023. sqq. Mant. I. p. 1051. Mant. 3. p. 1061. Mant. I. p. 1069. Mant. 5. p. 1078. Mant. II. p. 1102.

g) Art. XVI. §. ult. h) Art. XXIV. §. 5.



imperator Carolus VI variis statuum gravaminibus & petitis quæ apud FABRUM a) & in Electis Jur. Publ. b) reperiuntur, sollicitatus, ex iis quædam pro corrigen-  
dis hujus judicij defectibus, in peculiari decreto 1714  
quod extat in Electis Jur. Publ. c) disponeret, uterque  
Augustorum post illum purpura condecoratorum,  
promiserunt d): Wie dann auch von unsfern Reichs-  
Hofräths sowohl, als denen verordneten Visitatoribus, bis  
von uns und dem gesamten Reich, eine denen heutigen  
Umständen gemäß, eingerichtete vollständige Reichs-  
Hofräths-Ordnung verfasset werden kann, in modo pro-  
cedendi die alte Reichs-Hofräths Ordnung, nebst denje-  
wigen, was der von unserm nächsten Vorfahrer im Reich  
anno 1714 dieserwegen ausgelassenen Verordnung, aus  
denen Monitis statuum inseriret worden, pro regula an-  
genommen, und aufs genaueste beobachtet, auch daß sol-  
ches geschehe, mit allen Ernst und Nachdruck von uns  
beforet werden soll. Hinc si has sanctiones intuaris,  
hoc jus, quamvis ejusmodi ordinatio ab imperatore &  
statibus in comitiis concinnata, nondum comparuerit,  
ad jura comititia & communicata merito est referen-  
dum.

### §. XLI.

*Jus visitandi judicia, quoad cameram est communicatum,  
quoad judicium aulicum autem ad communicata  
bodie inclinat.*

Ordo me vocat ad *jus visitandi judicia*. Quod  
cum in utroque summo imperii tribunali diverso mo-  
do expediatur, diversa etiam ejus instituenda est tra-  
statio. Et quidem quoad cameram imperiale hoc  
comi-

a) T. XXIV. der Staats-Cantzley.

b) T. VII. n. XI. p. 155.

c) L. c. p. 180.

d) Art. XXIV. §. 8.




comitiale atque communicatum esse, constat. Confirmant enim hoc Ordinatio cameralis in comitiis Constantiensibus 1507 composita a), in qua cautum reperimus, ut imperator & certi quidam status judicium camerele quovis anno visitarent, quod autem postea in *recess. imp. Ratisbonensi anni 1532 paululum immutatum est, & recess. imp. noviss. b)* in quo hoc repetitur, atque schema principum in administrando visitatorum munere alternantium, delineatur, & denique formula tam initialis quam finalis recessus visitationis extraordinariæ anni 1713. Ad judicium aulicum autem quod attinet, negotium iterum paullo est intricatus. Scimus enim quod ex iisdem caussis quas §. antecedente jam allegavimus, Electores imperatorem *Mathiam* primo obstrinxerint, ut iis in pacto suo inaugurali c) pollicitaretur: Denkelben (unsern Hofrath) auch jährlich oder in zweyen Jahren einmahl, mit Zuziehung des Erzbischofen zu Mäyntz als Erz-Cantzlern, zu visitiren; quæ etiam in *capitulat. Ferdinandi II d) & Ferdinandi III e)* serie verborum saltim turbata, repetita sunt. Et quamvis Ordines imperii in conventu Norimbergenſi 1615 habito, verbis tit. V. Ordinationis a *Mathia* confeſſæ: *Und solten Seiner Liebden: in margine adſcripſerint: Was aber die Visitation folches unſeres Reichs-Hofraths anbetrifft, soll ſelbige jährlich durch Churfürſten, Fürſten und Stände des Reichs von beyden Religionen in gleicher Anzahl - beſcheken, apud LONDORPIUM f)*: nihil tamen impetrarunt. Nec magis huic negotio in *Art. V. §. 56. f. P.* proſpectum, quam ſanctionem qua hoc negotium fecundum ea, quæ in pro-

G 2

ximis

- a) tit. XIV.      b) §. 24.      c) Art. XL.      d) Art. XL.  
e) Art. XLIV, XLV.      f) T. I. c. 61. p. 199.



ximus comitiis de communi statuum placito observanda esse videbuntur, ab Electore Moguntino expedendum esse, statuitur, subsequentes rex & imperatores Germaniae in capitulationibus suis & quidem *Ferdinandus IV* Art. 43 *Leopoldus* Art. 42 *Josephus* Art. 41 & *Carolus VI.* Art. 24 se servatuos esse, ipo ponderunt. Sed neque in proximis, neque in his, quæ ad hunc usque diem, continuantur, comitiis, certi quicquam hac de re sanctum est, quamvis sèpius annis scilicet 1663, 1664, 1666, 1674, hac de re in iis frustraneo licet conantu, tractatum fuerit, ut *Job. Jac. MOSERUS* a) parens & *Frider. Carol. MOSERUS* b) filius ex Aëtis publicis pleniore calamo tradunt. Ægre enim semper imperatoribus visum est, ordines imperii ad judicium aulæ suæ visitandum admittere. Hinc licet de hoc negotio nova & præcedentibus longe amplior sanctio tam *capitul. Caroli VII* c) quam *novissimæ* d), ex egregio Brunswicensi monito, ut ex protocollo electionis, quod *MOSERUS* in *Comment. ad capitul. Caroli VII.* e) ad hunc passum publici juris fecit, patet, inserta fuerit, in qua visitatio Moguntina tanquam remedium revisorium tantum commendatur, usque dum per conclusum imperii ex tenore *Art. V. §.56. f. P.* nova visitatio fuerit stabilita: hoc tamen negotium illustribus *MOSERO* f) & *HOFMANNO* g) testibus adhuc in comitis hæret, &

finem

- a) 1. c. vom *Rechts-Hofrath* c. V. §.13. lqq. p.309. lqq.
- b) in der pragmat. Geschichte und Erläuterung der Kayserl. Reichs Hofraths-Ordnung, Vol. II. pag. 652. sq.
- c) Art.XXIV. §.6.7.8. d) Arr. & §. §. e) P. III. p.185. sq.
- f) in der Einleitung zu den teutischen Staats-Angelegenheiten L. I. c. 15. §.19. p. 42.
- g) in Considerat. histor. eorum, quæ in pacificat. Westphal. ad proxima comitia remissa sunt ante annum evulgata §.XV. p.65.



finem dudum exoptatum expectat. Omnes igitur cordati faustum hujus negotii exitum candido pectore mecum præstolantur, nilque magis in votis habent, quam ut sinistra illa, quæ HENNIGES b) ore fatidico protulit, auguria, deliberationem nempe de hac visitaione per integrum adhuc extractum iri, seculum, irrita & inania fuisse, brevi tempore appareat. Rebus igitur sic stantibus judicium nostrum in definienda juris hujus comitialis, natura, merito suspendimus, usque dum in comitiis ad quæ illud remissum est, certiora de eo fuerint statuta. Etiam si dicendum quod res est, illud ex mente capitul. noviss. c) magis ad communica-ta, quam ad ea quæ soli imperatori reservata sunt, declinet.

#### §. XLII.

*Jus mutandi judicia est communicatum.*

Tangimus nunc jus judicia immutandi. Hoc autem hodie esse comitiale & communicatum, planum atque expeditum est. Corroborant enim hoc verba capitul. noviss. d) quæ ex projecto capitulationis perpetuæ pacto inaugurali Caroli VI. primum intexta sunt: *Wir sollen, und wollen auch kein altes Reichs Gericht verändern, noch ein neues aufrichten, es wäre denn, daß wir mit Churfürsten, Fürsten und Ständen, solches auf einen allgemeinen Reichs-Tag vor gutt befänden.*

#### §. XLIII.

*Jus privilegia exemptionis fori dandi.*

Procedimus ad jus privilegia exemptionis fori impertiendi. Hoc olim ab imperatoribus extra comi-

G 3

tia

b) Specim. V. p. 784.

c) Art. XXIV. n. 6, 7, 8.

d) Art. XVI. §. 3.



tia & tanquam reservatum omnis limitis expers fuisse exercitum, tabulæ ejusmodi privilegiorum ab illis concessorum, confirmant. Sic Carolus IV Monasterio Lanckheimensi tale privilegium, cuius diploma GLA-  
REY a) in vulgus protulit, 1360 largitus est. Austriaci etiam ejusmodi privilegium a Friderico I 1156 impre-  
trarunt, quod Carolus IV. 1366, Sigismundus 1437 & Carolus V 1530 auctoritate sua iis corroborarunt.  
Cum autem reliqui status hac re se valde gravatos es-  
se, viderent, siquidem is, qui tali privilegio munitus  
est, ejus intuitu, ut ex ardentissimis, quas Episcopi  
Bambergensis, Tridentinus, Marchio Culmbacensis, a-  
liique quos causa communis junxerat, contra domum  
Austriacam, ut HENNIGES b) in *Meditat. ad J. P. te-*  
*stis* est, moverunt, querelis, patet, difficulter conveni-  
ri potest. Hinc ex schemate capitulationis perpe-  
tuae c) jam Caroli VI d) capitulationi insertum est, quod  
etiam verbotenus in *capitul. noviss.* e) repetitur: *Wir*  
*sollen und wollen auch enigen Reichs Stand, der die Ex-*  
*emption von des Reichs Jurisdiction entmeder durch Ver-*  
*trag mit dem Röm. Reich, oder durch Privilegia, oder*  
*andre rechtmässige Titul von dem Röm. Kaysern vorhin*  
*nicht erlanget, noch in deren Besitz erfunden, wird, von*  
*des Reichs höchsten Gerichten sich zu eximiren und aus*  
*zuziehen, inskünftige nicht gestatten.* Dahingegen de-  
nenjenigen Ständen, welche die Exemption von des Reichs  
Jurisdiction — — vorhin erlangt, — — die Eximir-  
und Ausziehung, von des Reichs höchsten Gerichten ins-  
küntige gestatteten, und sie nach Anleitung der Canuner-  
Gerichts-Ordnung P. II. tit. 27. und des J. P. dabey schü-  
zen,

a) in Anecdotoris n. 325.

b) Spec. VIII. p. 1262.

c) Art. XVIII.

d) Art. XVIII. §. 1.

e) Art. XVI. § 1, 2.

  
*zen, und handhaben.* Ex quibus verbis affatim claret, hoc jus quoad nova exemptionis fori privilegia indulgenda hodie esse sublatum, & umbram ejus adhuc in confirmatione privilegiorum ab imperatoribus olim concessorum, consistere.

#### §. XLIV.

*Jus privilegia de non evocando, de non appellando & electiones fori largiendi est reservatum.*

Acceleramus ad jus privilegia de non evocando, de non appellando & electionis fori condendi. Hac autem in aula imperatoris & ex jure imperatori reservato, expediri, praxis & antiqua & hodierna docet. Testantur enim hoc tot privilegiorum tabulæ, quorum catalogum PFEFFINGER a) atque LUDOLF b) nobis texunt, & quoad privilegia electionis fori, privilegium Suecic in J. P. Art. X. §. 12. indultum, & privilegium a Ferdinando III. Ducibus Brunswigo-Lüneburgensibus 1648 datum, quod LÜNIG c) assertat. Ut tamen imperator in exercitio hujus juris id potissimum curet, ne status inde & imperium derrimentum persentiscant, paterno ejus affectui in *capitul. noxiiss. d)* est commendatum.

#### §. XLV.

*Quis fons sit jurisdictionis in imperio, demonstratur.*

Demonstraro, quænam ex eminentioribus, quæ in potestate judicaria continentur, juribus soli imperatori propria, quæ autem illi cum statibus sint communia, tunc nunc ipsis imperii legibus muniti ad controversissimam de fonte jurisdictionis in imperio nostro,

quæ-

a) ad Vitriarium T. III. p. 1160.

comment. de jure Cam. adjecto.

Part. spec. Sect. IV. p. 138.

b) in Append. V.

c) im Reichs-Archiv

d) Art. XVIII. §. 6.



quaestione accedimus. Ut autem omnem evitemus verborum ambiguitatem, prius definiendum est, quis nomine fontis jurisdictionis nobis veniat? Intelligimus autem sub hac formula eum, in quo radix potestatis judicariæ fundata est. Cum autem potestas judicaria ut ex paulo ante demonstratis pater, non tota, imperatori sit reservata, nec tota cum statibus communicata: quilibet, quorsum nos tendamus, facile perspiciet. Si enim jura imperatori reservata, ut jus denominandi perillustres aulae imperialis consiliarios, jus privilegia de non appellando, non evocando &c. concedendi, contemplamur, radicem eorum penes imperatorum esse quis est, qui dubitat? Hinc & horum respectu, illum fontem jurisdictionis interdum esse nominatum, ultro concedimus. Sed si jus determinandi modum secundum quem jurisdictione administranda est, si jus visitandi judicia, quæ prima ac palmaria sunt potestatis judicariæ momenta, cogites, ea, ut ex supra deductis abunde constat, non in solo imperatore, nec in solis statibus, sed in imperatore & statibus simul ut communi radice, nituntur. Hæc igitur nec a solo imperatore, nec a solis statibus, sed ab imperatore & statibus simul tanquam uberrimo jurisdictionis fonte, proflire, afferimus.

### §. XLVI.

*Argumenta contraria refelluntur.*

Nec veremur eorum argumenta, qui nulla hujus distinctionis ratione habita, soli imperatori gloriosum fontis jurisdictionis encomium ad blandiuntur. Argumenta enim, quibus Vir doctus qui sub larva Cæsarini FÜRSTENERII a) aliquot ante annos pro-

a) in tr. von des Cammer-Gerichts-Jurisd. §. 8. fqq. p. 29. fqq.

prodiit, sententiam suam non novam, sed recostam  
 tantum, superstruxit, aequum hujus rei arbitrum  
 contrarii convincere non possunt. Potiora ut tan-  
 gam, iis, quibus clarissimis ordinationum camerali-  
 um & recessuum imperii passibus, sensum a statuen-  
 tium mente longe alienum affingit, aut consortium sta-  
 tuum in potestate legislatoria temere inficiatur, aut in-  
 clytos Cameræ assessores soli imperatori, contra aper-  
 tam P. I. t. 15. Concepti ordinat. Camer. quæ ex reces-  
 su imperii Spirensi an. 1557. §. 20, 21, desumpta est, di-  
 spositionem, jurejurando obstringi, audaci fronte ne-  
 gat, omisis, ex eo, quod illa, quæ in Camera expe-  
 diuntur, solius Cæsaris nomine & sigillo superbiant,  
 non fluit, ea ex ejus tantum potestate esse statuta. Sci-  
 mus enim, quod omnia, quæ olim a regimento imperii  
 fanciebantur, nomine & sigillo imperatoris, ut ex ex-  
 emplis apud MÜLLERUM a) prostantibus, conspici  
 potest, munita exiverint. Nec minus ea, quæ in re-  
 cessibus imperii mandantur, a solis imperatoribus in  
 notitiam eorum, qui iis tenentur, perferuntur. Inde  
 tamen argumentari non datur, ea, quæ diëtis modis  
 ab imperatoribus evulgata sunt, ab iis etiam esse statu-  
 ta. Porro cum THOMASIO b), & Auctore quinquerū  
*Cameralis* c) strenue defendimus, quod a stylo curiæ,  
 & insignibus, ad ipsum jus conclusio non valeat. Nec  
 magis testimonii ex ipsorum statuum ore desumptis,  
 arguimur. Notum enim est, quod status in comitiis  
 Norimbergensibus 1467 apud DATTIUM d) professi  
 sunt: *Nachdem alle Rechte und Gerichts-Zwänge von*  
 H unserm

a) im Reichstages Staat L. I. c. 4.

b) ad MONZAMB. c. V. §. 14. n. o.

d) L. IV. c. I. n. 80. lqq. p. 718.

c) quæst. I. §. 33. lqq.



*unserm Herrn dem Röm. Kayser entspriessen: notum  
 etiam est, quod legatus Elektoris Saxoniae legato Palati-  
 no in comitiis principum Fuldensibus 1608 ut apud  
 LONDORPIUM a) legi potest, responderit: Ibro Chur-  
 fürstl. Gnaden künften der Kayserl. Majestät ihre haben-  
 de und herkommende Jurisdiction nicht disputiren laf-  
 sen. Sey Fons Jurisdictionis, alle Exemtiones rübren  
 daher - - - Wäre einmahl an dem, daß dieselbe Fons  
 jurisdictionis, und daß alle Exemtiones, Privilegia und  
 Austräge von Dero herkommen. Primo enim forma  
 potestatis judicariæ ab eo tempore valde est immuta-  
 ta: hinc antiqua hæc testimonia ad hodiernum statum  
 non quadrant. Deinde legatus Saxonius eatus  
 imperatorem fontem jurisdictionis imperii salutasse  
 videtur, quatenus scilicet jus privilegia ad imminuen-  
 dam jurisdictionem imperii vergentia solus exercet.  
 Probat enim hoc verba: alle Exemtiones rübren daher;  
 & daß alle Exemtiones, Privilegia und Austräge von  
 Dero herkommen. Imperatorem autem respectu ju-  
 rium sibi reservatorum, fontem jurisdictionis esse no-  
 minatum, supra jam fassi sumus. Tandem LUDOLF  
 b) jam monuit, mirandum non esse, quod diversa  
 quandoque in aulis procerum Germaniæ foveantur  
 principia: quia temporis & status ratio aularum saepè  
 mutet & principia & consilia. Optimum hujus rei  
 exemplum est in promtu. Longe aliter enim sonat  
 replica, quam legatus Elektoris Saxoniae una cum le-  
 gatis Palatino & Brandenburgico octodecim annis ante  
 1590 Rudolpho imperatori apud LONDORPIUM c)  
 regessit. In hac enim diserte propugnat: Daß Herr  
 Campe.*

a) T.I. L. I. c. i. §. 7. p. 4 sq.  
 c) T. II. p. 59.

b) lib. c. p. 18.

Crown

Crown

*Camererrichter und Beysitzer ihre Jurisdiction von Em.  
Kaysert. Majestät und allgemeinen Ständen des Reichs  
sammenlich haben.* Videamus hic principia sibi e diametro opposita ab uno eodemque principe intra breve temporis spatium magno cum ardore defendi. Si igitur ex ejusmodi testimoniosis in Aetis publicis obviis, iura imperii essent aestimanda, de iis nunquam certi aliquid statui posset. Hinc nobis semper ea arriserunt, quae LUDOLFUS a) sivepius jam laudatus tradit: Legum nempe & constitutionum imperii verbis materiali jurisdictionis recte tradi, minime vero verbis scriptorum, vel a singulis statibus imperii, vel eorum ministris editorum, quae cum primis ad rationem temporum & causarum, quas tuentur, respiciant. Ex illicis autem fusius jam ostendimus, quænam sit potestatis judicariæ in Germania facies. Accedit, quod duabus his testimoniosis, loca fere innumera recessuum imperii quorum quædam Auctor quinquartii Cameralis b) & PFEFFINGER c) collegunt, opponi possunt, in quibus ea eminent, ubi Camera imperialis judicium imperatoris & imperii vocatur, atque imperio summa jurisdictione diferte adscribitur. Mirum in modum autem heic se sinuat personatus Cæsarinus FÜRSTENERIUS d), atque sub voce Reich non ordines imperii, sed nescio quem abstractum reipubl. Germanicæ conceptum intelligendum esse argutatur. Sed violentæ huic interpretationi declarationem hujus vocis in ipsis comitiis datam, atque recessui imperii novissimo §. 165 insertam: *Damit aber unser und des heil. Reichs-Cammer-Gericht, welches uns samt Churfürsten, Für-*


H 2

sten

a) lib. c. p. 9.  
t. 2. p. 348.

b) quæst. I. §. 37. p. 29.  
d) lib. c. p. 49. sq.

c) L. III.



*Sten und Stände des Reichs repræsentiret, -- longe  
anteferendam esse, arbitramur.*

§. XLVII.

*Status imperii coimperantes merito dici, demonstratur, &  
argumenta illi contraria examinantur.*

Satis nunc mihi illustre IMPERATORIS & STA-  
TUUM IMPERII CONSORTIUM in potestate legislatoria  
& iudicaria probasse videor. Hinc rebus ita com-  
paratis nulli dubitamus afferere, gubernacula impe-  
rii nostri coniuncta IMPERATORIS ET STATVVM manu  
dirigi: quamvis Viri rerum publicarum notitia ad-  
modum imbuti remis velisque eo connitantur, ut  
splendidum *coimperantium* nomen statibus Germa-  
niæ dubium reddant. Sed permittant mihi Viri  
isti summi, ut non ex contradicendi quo disputatores  
agitari solent, pruritu, sed ex veritatis, quo ducor,  
amore, ad objectiones ab illis maximo cum ingenii  
acumine prolaras, quædam reponam. Palmarium cui  
tanquam anchoræ sententia Virorum horum illustri-  
um innititur, argumentum hoc est: quod Majestas in  
totum imperium soli imperatori sit adscribenda. Pe-  
riclitemur igitur, an anchoram istam tollere queamus.  
Majestatem a nonnullis cum imperio ipso confundi, ab  
alii autem ab imperio distingui, noto notius est. Prio-  
res in ipso meridie alucinari, posteriores autem comi-  
tem habere veritatem, ex principiis Juris publici uni-  
versalis constat. Majestas enim ut GROTIUS a) eam  
describit, atque WOLFIUS b) definit, si ab illa tanquam  
titulo abstrahimus, potius est dignitas ex imperio civi-  
li summo orta, quam ut pro ipso imperio habeatur:

atque

a) de Jure belli & pac. L. I. c. 3. §. 21. n. 1, 2.  
b) P. VIII. J. N. §. 206.

■ ■ ■

atque ut contra VITRIARIUM *a)* qui etiam à TITIO *b)*  
merito hac de re fuit castigatus , recte adstruimus ,  
divisionem non abhorret . Rationem igitur haber ma-  
jestas in imperio civili , & eo posito , simul substantiam  
capit . Jam vero ipsi Viri illustres negare non possunt ,  
quod imperator plurima , & quidem nobiliora jura vi-  
legum imperii fundamentalium , non solus , sed ex con-  
fensu procerum , in comitiis exercere obligetur : hinc  
nec solus imperator , nec soli status imperatore existen-  
te , ejusmodi negotia valide peragunt , sed unius con-  
fensus alterius consensui est alligatus , seu quod idem  
est , in exercitio horum jurium concurrunt , ita , ut hæc  
conjuncta auctoritate administrent . Cum tamen si ju-  
ra in imperio summo contenta , conjuncta plurium au-  
toritate administranda sint , illaque penes unam par-  
tem solam non stent , sed ab una hac parte cum altera  
sint communicata , ipsum summum imperium hoc in-  
tuitu sit communicatum , majestas autem imperio sum-  
mo civili posito , oriatur , consequens est , ut etiam pe-  
nes status simul sumtos majestas resideat . Cum autem  
is , cui majestas , si illam non tanquam titulum contem-  
plamur , competit , sit imperans , plures quibus majestas  
quæ ex imperio , quod conjuncta horum auctoritate  
geritur , oritur , constat , merito dicuntur COIMPERAN-  
TES , hinc STATUS IMPERII COIMPERANTES salutare , am-  
plius non fluctuamus .

### §. XLVIII.

*Alia argumenta refelluntur.*

Addunt Viri eruditissimi , quod venustum hoc do-  
gma legum fundamentalium præsidio sit destitutum ,

H 3 &

*a)* in *Instit. J. P. L.* I. t. 7. §. 5.      *b)* in *Vindictis Vitriar.*  
*castigatis* §. 140. p. 118.



& ex cerebello personati MONZAMBANI, THOMASIL,  
& TITII, tanquam ex spuma maris sit enatum. Sed  
licet laudati hi Doctores sententiam suam legibus fun-  
damentalibus non superstruxerint, eam tamen omni  
earum auxilio carere non dixerim. In aprico enim  
positum est, quod crimen læsæ majestatis non solum  
contra imperatorem sed & contra imperium commit-  
tatur: id quod solennes proscriptionum formulæ, qua-  
rum multarum copiam nobis facit PFEFFINGER<sup>a)</sup>, in  
quibus proscriptus ob majestatem imperatoris & im-  
perii læsam, in bannum imperatoris & imperii incidi-  
se dicitur, hoc innuunt. Hinc ipse etiam imperator  
*Maximilianus II.*, cum *Guilelmus de Grumbach* sceler-  
torum fax & tuba, 1557 & seqq. annis urbem Herbipoli-  
lim, episcopo ejusdem *Melchiore Zobel*, nefando sica-  
riorum more, aliquot ante annis percutto, vi occupas-  
set, atque in *rec. deput. Wormat.* 1564, & in *comitiis Au-*  
*gustianis* 1566, proscriptus cum *Joh. Friderico Saxonie*  
*Duce*, *infausti parentis infausto filio*, collusisset, & se-  
ditiosa hæc cohors ab *Augusto Electore* ad obsequium  
imperatori & imperio debitum, effe redacta, in *recess. imp. Ratisb.* 1567 <sup>b)</sup> fatetur: daß Seinen Liebden (Augu-  
stus Elektor,) zur Erhaltung unserer und des H. Reichs  
*Auctorität, Hohen, Würde und Ehre*, & paulo post: c)  
auch Erhaltung gebührendes, schuldiges Geborsams,  
*Friede und Rübe im heil. Reich*, neben Rettung und Ver-  
theydigung unsercr Kayserl. und des Reichs so hoch ver-  
letzen Ehr und Hoheit — — Hoc loco autem sub voce  
imperiali status simul sumtos intelligi, quilibet me etiam  
non monente, animadvertisit. Cum igitur ipse impe-  
rator majestatem imperii in ipsa lege imperiali agno-  
scat,

a) ad *Vitriar.* T. III. t. 4. p. 528. seqq.

b) §. 42.

c) §. 43.



scat, uti verba citati recessus hoc insigniunt, dogma nostrum non omni legum imperii auxilio esse privatum, intueris. Accedo ad secundarium argumentum, quo iidem illustres adversarii anthites in aggrediuntur, eamque absurdam reddere laborant. Hoc autem sequentis est tenoris. Ordines provinciales, qui de legibus provincialibus ferendis, atque collectis exigen- dis consentire debeant, eodem modo condominos ter- ritoriales esse nominandos, cum tamen non nisi domini territorialis sint subditi. Sed hoc argumentum, quo jam WESENBECIUS *a)* aliquie uti PFEFFINGER *b)* docet, usi sunt, huc ex assūte non quadrat. Si enim omnes Imperii provincias permeaveris, nullos ordines provin- ciales reperies, quibus circa imperium quod in provin- cia ista geritur, tanta, quanta statibus imperii circa im- perium, quod per totam Germaniam exercetur, com- petat auctoritas. Præterea potestas ordinum provin- cialium, ut illustris STRUBEN *c)* observat, in dies de- crevit, ita ut eorum dissensus parum curetur. Hinc jura statuum imperii quæ longe ampliora sunt, ad horum decempedam dimetiri non possumus. Adeo igitur SOCIETAS IMPERII. Adhuc COIMPERANTES, & CÆ- SAR CUM STATIBUS fasces divisos habet.

## SECTIO II.

### M E M B R Y M I.

### DE INDOLE ET NATURA RE- CURSUS AD COMITIA.

§. XLIX.

*a)* ad tit. *m.* de Legib. §. 3.

*b)* ad Vitriar. L. I. tit. 2. §. II. p. 227.

*c)* Parte II. der Nebenstunden, Abhandl. X. §. 4. p. 432.



## §. XLIX.

*Nexus dicendorum cum antecedentibus.*



iffusa CONSORTII, quod IMPERATORI & STATIBUS IMPERII in potestate legislatoria & judicaria competit, demonstratione perfundet, ad alteram thematis nostri partem acceleramus. Animus enim nobis sedet, evincere, remedium illud, quo litigantes gravamina a summis imperii tribunalibus sibi illata, in comitiis exponere student, quodque nomine RECURSUS AD COMITIA innotuit, genuinam in laudato hoc consortio agnoscere radicem. Antequam autem ad ipsum hoc stadium decurrentem accingamur, quedam de natura & indole hujus remedii in hoc membro, quo faciliora ea, quæ in demonstrando ejus genuino fundamento, in sequenti allaturi sumus, sint intellectu, delibasse juvat. Cum autem viri eruditissimi, quos illustr. PÜTTER a) & TAPPINGER b) recensent, pleniorum calamum hac de re jam expediverint, & sic etiam otium mihi fecerint dulcissimum; momenta ejus præstantiora, & scopo meo consentanea, vulgatis omisssis, tantum a me hic tendinga esse arbitror. Eam in finem argutissima argumenta, de ejus moralitate in utramque partem prolatæ, quæ viros jurium peritissimos sollicitos tenerunt, & amo- SERÖ c) fusi traduntur, siccò pede prætereo.

## §. L.

a) in *Introduct. in rem judicariam imperii* L.II. S.II. c.12. §.450.

p.336. sq. b) in *Instit. Jurispr. cameralis* Sect.IV. t.6.

§.1065. p.900. sq. c) in *tr. von Recurs von den höchsten*

*Reichsgerichten an dem Reichs-Convent* c. III. IV. p.143. sqq.

## §. L.

*Diversa recursus significata describuntur.*

Priusquam autem recursus notionem percontemur, quædam ut ambiguitates effugiamus, monenda esse videntur. Recursus enim dupli modo considerari potest. Vel enim sub hac voce intelligitur actus, quo causæ decisioni comitiorum, per expressam legum dispositionem reservatæ, ad comitia deferuntur: quorum illustris AYRER a) refert I, cauſſas, ubi de legis dubiæ interpretatione queritur, per Art. II. §. 5. capitul. noviss. aut II, ubi paritas votorum inter utriusque religionis adſeffores exiſtit, per Art. XX. §. 55. J. P. vel III, ubi bannum decernendum, per Art. XX. capit. noviss. Quibus tamen ex GERKENII Otio Vienno-Ratisbonensi, b) adjiciendas adhuc eſſe, autumo, IV, cauſſas, ubi de reſtitutione privilegii monetandi, quo ſtatus quidam fuit privatus, agitur, per rec. imp. Spirensim 1570. §. 127. inf. & porro V, cauſſas, in quibus moderatio matriculæ petitur, per rec. imp. Auguſtanum 1582. §. 57, & Ratisbon. 1594. §. 116. Vel remedium ea innuitur, quo illi quorum intereft, gravamen vel metuendum, vel jam illatum avertere laborant. Et quidem in posteriori caſu quereſt vel de IMPERATORE aut CONSTATU, id quod potiſſimum intuitu religionis, innumera ſere exempla comiſſionant, vel de attentatis ſummorum imperii tribunaliū moventur. Cumigitur diverſissima sit recursus facies, fieri non potuit, quin varijs ejus inter DD. conceptus, iisque vel latiores, vel ſtrictiores increbuerint, id quod ex iis, quæ mox dicenda ſunt, clarius apparebit.

I

Quæ

a) in Prolus. de recursu ad comitia per capit. noviss. reſtrictio non ſublato §. XIII. ſqq. in Opuscul. T. II. p. 343. b) c. XIV. §. 3.



Quæ licet conceptuum discordia hoc intuitu, si rem ipsam conspicias, nihil fere momenti trahat, sententia tamen eorum stylo, & praxi comitali magis conveniens esse videtur, qui causas per expressam legum sanctionem ad comitia remittendas, & ubi status de gravaminibus ab imperatore, aut statu socio sibi illatis, queritur, ex recursus conceptru exulare jubent. Si enim causæ supra designatae a camera aut judicio aulico ad comitia deferuntur, summum istud tribunal non ad comitia recessisse, sed causam ad comitia remisisse, neque status de gravaminibus ab imperatore aut statu socio sibi injectis, in comitiis conquestus, recursum ad comitia sumisse, sed comitia adiisse, vulgo: *Er habe sich ad comitia, oder ad corpus Evangelicum gewendet: Ratisbonæ dicitur.*

## §. LI.

*Quid sit recursus? & quotuplex?*

His igitur præmissis, recursum nunc definiamus. Est autem remedium extraordinarium, quo quis contra gravamen a summis imperii tribunalibus illatum, & in comitiis expositum, auxilium querit. Prouti vero quis vel ad tota comitia, vel ad partem eorum tantum recurrit, in universalem & particularem dispescitur. Evidem non ignoro, actum illum, quo quis sententiā, etiam in favorem suum, a summis imperii tribunali bus pronunciatam, ut eo citius in notitiam imperii deferatur, in comitiis evulgat, id quod a SERENISSIMO ANTONIO ULRICO SAXO-MEINUNGENSI DUCE ratione conclusorum judicij Aulici, in puncto corregiminis, a. 1727 factum esse, ex MOSERI *Reichs-Fama* a) constat, a non nullis recursum appellari. Nec me fugit, actum illum,

• T.I. p. 420. sqq. & 585. sqq.



illum, quo quis n̄ eos justitiae, occasione gravaminis  
ali illati, vivis coloribus in comitiis sponte depingit, id  
quod Electores in literis ad CAROLUM VII sub imperii  
auspicis datis, & a MOSERO a) publici juris factis, po-  
tissimum intendebant, recursum a non nomine vocari.  
Utrumque tamen minime hoc referri posse, laudatus  
idem MOSERUS b) jam observavit. Adjeci porro, quod  
sit remedium extraordinarium. Est enim, si leges spe-  
ctes, in iis nil fere de eo dispositum, & prater illa, quæ li-  
tigatoribus, contra summorum imperii tribunalium ef-  
fata indulta sunt, remedia, introductus est. Hinc ut  
Perill. de SENCKENBERG c) probe docet, extra ordi-  
nem plane conceditur. Pergo, quod ob gravamen a  
summis judiciis illatum, quodque in comitiis exponi-  
tur, adhibetur. Necesse igitur non est, ut a senten-  
tia vel interlocutoria, vel definitiva demum, gravamen  
profiscatur, sed ob quodlibet gravamen, etiam ob id,  
quod in limine judicij infertur, lœsus ad comitia recur-  
rere potest. Sic comes Nassavio-Ottweilerensis contra  
Nassau-Idstein, in puncto commissionis, a judicio aulico  
decreta, anno 1707 in comitiis conquerebatur, se pri-  
ma Austragorum instantia a dicto judicio aulico, ut  
acta hujus rei, quæ im monatlichen Staats Spiegel d)  
prostant, testantur, esse privatum. Eodem modo et-  
iam SERENISSIMI DUCES SAXO-MEINUNGENSIS & ISE-  
NACENSIS, ann. 1735 in comitiis questi sunt, exceptio-  
nem Austragorum in puncto retulionis præfectura-  
rum Saltzungen, & Lichtenberg, a judicio aulico non

a) in Comment. ad Capitul. Caroli VII. T. I. in appendice pag. 7.

b) in tract. cit. vom Recurs c. I. §. 4 p. 13.

c) in Diff. de recursu ad comitia imp. universalia §. 4 p. 170.

d) Mense Januar. ann. 1707. p. 12, 28.



attendit, cuius rei scripta apud FABRUM a) & in MOSE-  
RI Reichs Fama b) servantur. Hinc non possum non  
ab TAFFINGERO discedere, qui in Institut. jur. Ca-  
meral. c) hunc recursum remedium contra sententiam  
vocat. Ab omni enim gravamine, tam judiciali, quam  
extrajudiciali, sive in possessorio, sive in peritorio, sive  
in puncto fori, sive in causa principali inferatur, gra-  
vatus, ut multis exemplis ad quae etiam PÜTTER d)  
provocat, commonstrarri potest, ad comitia perfugit.

## §. LII.

Quando pateat?

Difficillima autem inde emergit quæstio, utrum  
quodlibet gravamen recursui ansam præbeat? an ve-  
ro certis qualitatibus instrutum esse debeat? A cujus  
decisione simul pendula est illa quæstio: utrum in o-  
mnibus casibus, an vero in non nullis tantum recursui  
locus sit? In utraque hac quæstione præstantissimos  
JCtos iterum discordes deprehendimus. Sunt enim  
qui cum LUDOLFO e) tum demum recursui locum  
esse, contendunt, quando judex supremus vel non pos-  
sit, vel nolit suo fungi officio. Hoc autem nimis ge-  
neraliter dictum esse, illustr. AYRERO f) libens largior.  
Alii ut illustr. MOSER g) rem cancellis includunt ar-  
ctioribus, atque tum profugium ad comitia patere sta-  
tuunt, quando gravamen ita comparatum est, ut etiam  
reliquis

- a) in der Staats-Canzley t. 67. c. 11. p. 310. & t. 68. c. 4. p. 60.
- b) t. 15. c. 13. p. 658. t. 17. c. 30. pag. 495. c) Sect. IV.  
tit. 6. §. 1063. p. 900. d) in der Patriotischen Abbil-  
dung der Reichs-Gerichte §. 38. sq. p. 18. seq. e) de  
jure camerali Sect. I. §. 1. p. 18. & in Append. III. §. 1. p. 129.
- f) in prolusione citata §. XI. in Opuscul. p. 343. g) in  
tit. tract. c. V. §. 16.

reliquis statibus vel statim, quia cum gravato in una eademque navi versantur, vel per consequentiam, quia successu temporis, & data occasione, idem judicantium rigor in eos effundi potest, aliquid detrimenti inde metuendum sit. Alii cum generoso de GÜNDERRODE a) distinctione hac rejecta, in omni negotio, in quo justitia protracta, vel denegata sit, comitia adiri posse, arbitrantur. Aliam ab his ingreditur viam illustris *Anonymus der ohnmässigl. Sciagraphie des Recursus ad cognitio, b) autumans, recursum toties, quoties remedia revisionis, & supplicationis, laeso non arrideant, locum invenire.* Denique latidatus AYRER c) omnes recursuum casus ad duas classes commode reduci posse, statuit. Facultas enim recurrenti illo interprete, vel in legibus diserte est concepsa, vel per justam tantum ut ajunt, consequentiam, ex illis elici potest. Hac autem sententiarum discordia existente, nobis datum esse non putamus, tantos componere fluctus. Effrenis audacia enim esset signum, illa, de quibus leges silent, quæque pro rerum circumstantiis, quæ utique diversissimæ esse solent, in comitiis plerumque deciduntur, dictatoria quasi voce, & proprio nisu dijudicare. In hoc igitur legum silentio ratio suadet, & modestia poscit, ut non nisi ex ipsis comitorum consultationibus, quæ de diversis recursibus habitæ & pronuntiatæ sunt, justi & legitimi recursus qualitates dimeriamur, atque inde tantum, quantum potest, luminis, spinosissimæ huic questioni affundamus.

## I 3

## §. LIII.

- a) im Teutschen Staats-Recht Lib. XI. c. 7. §. 9.      b) apud SENCKENBERG. in Append. disquisitionibus, de judicio principum &c. adjecta, S. II. §. 19. & in Selectis J. P. T. XIV. c. 13. p. 362.      c) l.c. §. XII. p. 342.

## §. LIII.

*Diversus recursus respectus ostenditur.*

In limine autem hujus quæstionis ad diversum recursus respectum attendendum esse censeo. Non nulli enim ideo ad comitia recurrunt, quia gravamen quod illis illatum est, si quiete & sine omni motu ferretur, reliquis statibus simul damno esse possit. Alii autem eam ob caussam hoc remedio utuntur, quia gravamen remediis ordinariis in legibus præscriptis, vel quod prorsus hærent, vel quod nimis lubrica iis videntur, tollere nequeunt.

## §. LIV.

*Recursus patet ob gravamen commune.*

Id igitur nihil fere dubii habet, quod recursus ob gravamen omnibus statibus commune, sit justissimus. Dicitur autem si illud ad nostram recursus notionem referimus, gravamen commune, factum judiciorum imperii, vi jurisdictionis expeditum, quod in damnum totius imperii vergit. Cum autem ejusmodi factum vel per se toti imperio perniciosum, vel uni statuum tantum damnosum, per justum argumentum autem inde dictum, etiam reliquis nocivum esse possit, illud in gravamen per se commune, & per consequentiam tale dividitur. Gravamen commune licet multis modis contingere queat, tunc tamen potissimum ad esse solet, quando summa imperii tribunalia leges, quibus omnium statuum jura & prærogativæ innituntur, non observant, illas aperte migrant, aut ex ratione generali his contraria ut *Perill. de SENCKENBERG* probat a) rem decidunt, causas quæ per expressam legum sanctionem ad comitia pertinent, intra suos cancellos

a) in *Diff. de recursu ad comitia* §. XIII. p. 177.

los dirimere affectant, aut jus leges interpretandi, aliaque invadunt. Imperator enim & status potestatem talia moliendi, quemadmodum illustris STRUBEN a) egregie ratiocinatur, his tribunalibus nunquam impertiverunt. Hinc normam sibi præscriptam manifesto excedunt. Cum tamen si hoc accidit, superiori uti in antecedentibus demonstravimus, incumbat, ut ejusmodi illicita judicis conamina coercent, eaque intra limites illi fixos redigat, ephoria autem, seu suprema inspectio in imperii tribunalia, ut ex supra dictis clarius apparet, radicem in comitiis habeat, imperator & status ad justas ejusmodi de injusta justitiae administratione, querelas merito attendunt. Deinde ex ipso imperii nostri statu, ut etiam fusius supra exponi meminimus, pater, quod nec imperatori, nec ulli statuum quicquam contra leges imperii peragere, fas sit, nec etiam jus illas interpretandi extra comitia sedem habeat: hinc multo minus tribunalium molimina his legis aduersa imperator & status aquo animo ferre, aut conatus eorum, quibus jus eas interpretandi, quod status ne quidem conventibus deputationum per recessum imperii novissimum b) permisum voluerunt, ad se rapiunt, probare possunt: quod tamen si justis hisce de caussis ad se recurrentibus ansa querelas suas expnendi, præscinderetur, manifesto fieret. Tandem & exempla recursum, ejusmodi de caussis ad comitia sumitorum, & statuum conclusis suffultorum, hoc corroborant. Sic status Evangelici cum COMES DE LIPPE

1708

a) in der Abhandlung: Ob und wie fern der Comital Recurs die Vollstreckung der von den höchsten Reichs-Gerichten gefällten Urtheile hemmen könne? quæ est XII. P. III. der Neben-Stunden. §. V. p. 26. b) §. 191.



1708 ob actionem, a monialibus cœnobii *Lengow*, ad se pertinentis, ob immissam monialem & disquisitionem reddituum ejus, coram judicio aulico contra illum intentatam, ad eos recurreret, literas ad imperatorem dede-  
runt in *Electis f. P. a)* exstantes, quibus petiverunt, ut imperator consiliariis aulicis injungeret, ut, quia causa esset mere ecclesiastica, moniales ad forum domini territorialis remitterent. Idem etiam *PALATINVS BIRKEN-  
FELDENSI* 1724 in punctione *comitatus Lützelstein* in co-  
mitiis proposuit, ubi Evangelici ut ex literis eorum a-  
pud *FABRUM b)* notum est, ab imperatore postularunt,  
ut judicium aulicum sibi tam diu ab hac re moderare-  
tur, donec interpretatio *articul. pacis Rysmicensis*, in  
quo de principatu *Veldenz* quadam disposita sunt, au-  
thentica esset subsecuta. Et hujus generis gravami-  
na ita comparata sunt, ut de iis semper *Visitoribus Cameræ* etiam restitutis, quod etiam illustris *s t r u-  
ben c)* & *AYRER d)* jam monuerunt, ad comitia sit re-  
currendum.

### §. LV.

*Datur etiam ob gravamen in se particulare, & per con-  
sequentiam demum commune.*

Dantur etiam gravamina quæ per se omnibus statibus communia non sunt, sed huic vel illi statui in singulari nocent, ast consecutionis ratione illorum naturam induunt. Cum enim omnium, qui iisdem privilegiis gaudent, statuum, ut illa serventur, intersit, iis inde simul, si nulla eorum ratio in judicando habetur, ob argumentum, quod inde ducitur, injuria fit. Hinc tale gravamen, quod ratione gravati particulare est, ob conse-

a) t. 1. p. 869.      b) *in der Staats-Cantzley* t. 46. c. 14. p. 505.  
t. 47. c. 11. p. 327.      c) l. c. §. V. p. 26.      d) l. c. §. 24 p. 363.




consequentiam autem in classem communium discedit. Si igitur summa imperii tribunalia exceptione Austrægarum fine causa in legibus approbata, neglecta, processus statim decernant, aut si privilegia ab *Friderico II*, aut *Ludovico Bavaro* statibus post fulmen pontificis in eos vibratum, concessa non attendant, gravamen inde ortum, est particulare, ob consequentiam autem in reliquos status manantem ad communia transit. Hinc etiam status *Duci Saxo Gothano* 1700, *Landgrafi Hasso-Darmstadiensi* 1708, & *Ducibus Saxo Meinungeni & Isenaciensi* 1735, primam *Austrægarum* instantiam a judicio aulico esse posthabitam, in comitiis conquerentibus, non solum aures patulas præbuerunt, sed etiam intuitu *Ducis Saxo Gothani & Landgrafi Hasso-Darmstadiensis*, in conclusis suis, quæ in *monat. Staats-Spiegel*, a) & in *Electis J. P.* b) obvia sunt, desideria eorum in legibus fundamentalibus esse fundata, hinc omni modo juvanda expresse sanxerunt. Notandum autem hic cum Ill. BOEHMERO c) quod ipsum jus singulare, seu privilegium quo recurrens se munit, extra item possum sit. Si enim hoc in item fuerit deducetur, gravatus judicia vel iniquæ factæ discussionis, aut incongruae juris applicationis, anquirit. Cum tamen hac conditio ne polita, nec ordo juris sit inversus, nec norma judicandi neglecta, sed res ad quæstiones juris in utramque partem disputandas redeat, gravamen inde natum ad reliquos status non redundat. Hinc gravamen a domo *Holstatica* ob violatum de non appellando privilegium, 1725 ad comitia delatum, pro communi gravamine, ut ex literis REGIS BORVSSIAE, & DUCIS BRUN-

a) Mense Februarii, 1701. p. 59.

b) t. VII. p. 949.

c) in *Diff. de gravamine statuum J. R. G. communi* §. XI. p. 21.



**SWICENSIS**, apud **FABRUM** a) colligi potest, non est agnatum, nec de eo in comitiis teste **MOSERO**, b) quicquam conclusum. Id quod etiam casus recentior quem **Perill. de CRAMER** c) exponit, confirmat.

§. LVI.

*Ubi applicatio autem difficillima est.*

Quamvis autem haec in thesi, ut communis schola loquitur, decisu hand difficilia sint, in hypothesi tamen determinare, an gravamen in comitiis expositum commune sit nec ne? eo est difficilius, quo solerius quilibet gravamina sua exponere, eaque optimo juristegmine palliare studet. Haec autem cognitio, quod gravamen ad universa comitia delatum, ita sit compositum, ut recursum admitti oporteat, nec ab arbitrio recurrentis, nec a sententia tribunalis, a quo recurritur, nec a solius imperatoris judicio, nec a concluso hujus vel illius collegii pender, sed potius per majora ordinum, nullo ne quidem per exceptionem suspecti judicis, prout illust. KAHLE d) eruditus evicit, excluso, suffragia constituitur. Status enim in caussis quae jura, qua toti eorum corpori & hinc omnibus communia sunt, concernunt, neminem nisi ipsa comitia, venerantur judicem: hinc etiam quaestio an & quatenus haec jura violata sint? in comitiis efficienda est. Id quod & ipse imperator in pacto suo e) aufspicati agnoscit. Spondet enim, se non esse prohibitum, quominus gravamina ad consultationem comitialem deferantur.

§. LVII.

- |   |   |
|---|---|
| a) in der <i>Staats-Cantzley</i> t. 63. p. 818. | b) in tract. eit.   |
| c. II. §. 25. p. 71.                            | c) in <i>Weizlariischen Nebenstunden</i> ,  |
| P. I. n. 2. p. 35.                              | d) in <i>Diss. de exceptione suspecti judicis admissio in causs. justit. recursu non adhib.</i> §. 17. p. 31. sq. |
| e) Art. XIII. §. 6.                             |   |



## §. LVII.

*Disquiritur, an etiam ob gravamen mere particulare recursus locum habeat? & argumenta contraria exponuntur.*

Alia autem est questio quæ plus dubii habet: utrum nempe in causis, quæ gravamen nec per se, nec per consequentiam commune sed particulare tantum continent, & in quibus solummodo de sinistra iustitiae administratione querelæ funduntur, recursus ad comitia pateat? Antequam autem illius discussionem aggrediamur, varios qui hic plerumque commiscentur, casus, distinguere expedit. Is enim qui causæ suæ salutem recursu petit, vel status excitare intendit, ut saluberrimum revisionis remedium, quod hoc usque ob nimios, quos deputatorum fastus & pompa requisivit, sumptus, cessat, in pristinum vigorem restituant, quo faciliter hujus beneficio jus suum persequi possit, vel hoc simul petit, ut gravamen sententia, aut alio summorum imperii tribunalium factio, sibi illatum, auctoritate imperatoris & statuum tollatur, nævusque iustitiae in comitiis corrigatur. Prius unicuique qui se gravatum putat, licere, quilibet sine contradictione mihi largietur. In posteriori casu autem recursum esse illicitum, vel omnes qui de recursu commentati sunt, tuerintur. Occidunt enim atque opponunt summa imperii tribunalia eam ob causam esse constituta, ut de jure respondeant, litigantesque coram iis experiantur. Deinde gravatis quoad cameram imperialem in *Ordinat. camerat.* a) quoad judicium aulicum autem in *J. P. b)* certa remedia esse praescripta, quibus ad allevanda sua gravamina uti queant. Quid quod in legibus imperii & sigillatim in *rec. imp. novissimo c)* expresse esse san-

K 2

citum

a) *P. III. t. 52. & 53.*b) *Art. V. §. 25.*c) *§. 366.*



citum, ne caussæ in camera pendentes quovis modo inde avocentur, aut iis remora objiciatur, quomodo summum istud tribunal in processu ulterius progredi possit. Porro ab ipsis statibus quosdam esse delegatos, qui cameram visitent, cura inquit ut omnia ad normam justitiae peragantur, habeant, & ad hos querelas de perversa justitiae administratione per expressam *Ordinat. camer. a)* dispositionem esse relegatam, manifesto indicio, quod status res justitiae in comitiis tanquam in suprema instantia tractari nolint. Tandem etiam caussas per recursum ad comitia delatas, quo ad maximam partem in summis judiciis ita esse ventilatas, ut immensa de iis jam compilata sint actorum volumina. Cum tamen haec viris non ad caussas justitiae examinandas, sed ad negotia publica expedienda missis, & hinc actorum lectio non adsuetis, adspicere jam fastidium creent, sperandum non esse, acta ejusmodi voluminosa a legatis in comitiis congregatis iri perlustratum, nedum debito more perlectum. Hinc ingens esse periculum, ne caussam non sufficenter edocti petitis recurrentium in damnum partis alterius, aut in prajudicium summorum tribunalium plus justo concedant.

### §. LVIII.

*Ad quæ respondetur.*

Sed nostrum nunc est, ut his argumentis colorrem quem vindices contrariae sententiæ illis induxerunt, demamus. Ad duo priora quod attinet, illis respondimus, verum quidem esse, summa imperii tribunalia ideo esse constituta, ut in iis litigia ventilentur, atque expediantur; attamen inde non fluit, illa ob omnibus inspe-

a) P. I. t. 50. §. 3.

inspectione esse libera. Nam de camera imperiali notio notius est, quod sententiæ in ea late a comitiis perspici, eaque ad examen vocatae vel comprobari, vel reformari possint. Judicium aulicum autem recte sic colligente MOSERO, a) hoc intuitu cum camera pari passu ambulat, & singulari præ hac prærogativa non gaudet. Verum deinde est, remedia litigantibus quibusvis suum prosequi possint, in utroque tribunalis esse præscripta. Sed quem fugit? visitationes in Camera ordinarias & cum ipsis remedium revisionis per seculum & ejus, quod excurrit, dimidium desuetudine quasi esse sepultas. Hinc quoad illæ non resuscitantur, perinde est, ac si hoc remedium in Camera ignoretur. Et licet remedium supplicationis in judicio aulico eadem fata non expertum sit: attamen cum caussâ in eodem judicio, & ab iisdem judicibus, mutatis saltim referente & correferente, revideatur, parti quaæ succubuit, si falurem caussæ suæ huic remedio committere dubitat, oblationes, quas HENNIGES b) adducit, vitio non est vertendum. Adstipulatur mihi hac in re *Auctor commentarioli de ordinum perfugio ad conventum imperii* c) his verbis: *Attamen cum deputationes & visitationes ordinariæ exoleverint, & insanabilia non nunquam via in sententiis, quas suprema imperii tribunalia pronuntiant, observantur, ejusmodi recursus minime pro nibilo putari debet, ut nulla ejus a judiciis imperii haberi possit, ratio.* Ad §. 366 autem rec. imp. novissimi nobis objectum, cum illustri MOSERO d) respondendum esse duco, sensum huic §. a mente fancientium longe alienum

K 3 num

- a) in tract. cit. c. IV. §. 3.
- b) Spec. V. p. 779. n. e. & g.
- c) quem ESTOR *commentationi de judicio principum* adjecit §. 35.
- d) l. c. c. IV. §. 4.



num affingi. Si enim acta anni 1654 committialia consularuntur, ex iis constat, eos in concinnando hoc § de recursu ne quidem cogitasse, sed eo potius respexit, ut lite coram camera imperiali semel instituta, neutri partium incimos imperatoris consiliarios, aut judicium aulicum adire, eorumque auxilio processum in camera remorari, aut prorsus sistere liceret.

## §. LIX.

*Ulterior ad ea responso.*

Quod vero ad judicium revigorium in camera instituendum comitia certos quosdam delegarint, partim, quia Camera singulis annis erat visitanda, comitia autem singulis annis non convocabantur, partim quia scopus sic eo facilius atque comodius obtineri poterat, fatus est. Hinc haec non finis fuit deputationum, quod status causas justitiae a comitiis amotas voluerint. Quid? quod citatus *Ordinat. camer.* textus potius nobis favet, si cum RECHENBERGIO, a) acutissimo juri interpretate, a libertate gravaminum perferendorum ad statarios Cameræ commissarios, ad licentiam ea his cessantibus coram mandante exponendi, non immerito argumentemur. Ultimo autem argumento ex ipsa causarum judicialium natura desumpto haec regero. Primo, omnes causas judiciales ad comitia delatas, e-jus non esse indolis, nec interdum ita a litigantibus esse discussas, ut scripta de iis composita in multa & enormia aetorum volumina abierint. Hinc si de quaestione hac prajudiciali, utrum principium aliquod, quo summa imperii tribunalia tanquam ratione decidendi, usia sunt, juribus, iis in judicando praescriptis, confor-

me

a) in Programmate: *An recursus a camera imperiali vel judicium aulico ad Cæsar. majestatem vel ad comitia pateat?* p. 27.



me sit, ne ne? deliberatio sine actis fere peragi potest.  
 Deinde licet etiam caussa coram summis imperii tribu-  
 nalibus tam maleficè sit perorata, ut recurrens ad co-  
 mitia vallo quasi auctorum se munire possit, jus tamen  
 ex partium studio tam aperte contortum, aut applica-  
 tio ejus ad casum propositum tam manifesto falsa esse  
 potest, ut defectus justitiae etiam sine sedula actorum  
 lectione, aut operosa eorum scrutatione statim appa-  
 reat. Sed ut liberales simus, dabimus etiam, casum  
 ad comitia deductum, tot tricis atque apinis esse invoca-  
 lutum, ut centum demum actorum voluminibus per-  
 lectis de eo judicari possit, inde tamen non fluit, eum  
 a comitiis esse relegandum. Etenim non opus est, ut  
 omnes statuum legati ærumnosa actorum lectione fati-  
 gentur, sed hoc negotium paucis quibusdam ex eo-  
 rum numero electis, quod etiam in caussa EPISCOPI  
 HERBIPOLITANI cum ille anno 1701 cameram imperia-  
 lem perhorresceret, & in caussa episcopi, capituli, & no-  
 bilitatis Monasteriensis contra die Erbmänner zu Münn-  
 ster 1705 ita observatum esse, scimus, demandari pot-  
 est, ut illud visitationibus ordinariis cestantibus per mo-  
 dum visitationis extraordinarie, nomine totius imperii  
 disquirant. Hinc non possum non Ill. *Anonymous der*  
*obnmasgebl. Sciographie des Recursus ad comitia a)* cal-  
 culum adjicere, statuenti, privatorum non esse, regu-  
 las de admissione, aut reprobatione singulorum recur-  
 sus casuum communisci, sed hoc refugium unicuique,  
 quoad remedia ordinaria dormiunt, qui gravamen in  
 iudiciis sibi illatum esse, persentisct, patere; hanc au-  
 tem quæstionem, utrum recursus in casu dato justus  
 sit nec ne? soli statuum arbitrio & concluso imperii de

eo

a) Sect. II. §. 19. apud SENCKENBERG. in l. c. p. 273.



eo formando esse relinquendam. Nec sine ratione est, quod PÜTTER a) conjicit: hanc observantiae normam in recursu tantum tradi posse, ut ille recursum suum recipi posse, sperare queat, cui spes sit obtinendi pro se majora in comitiis. Imo Perill. de SENCKENBERG b) & de GÜNDENRODE c) eo usque procedunt, ut etiam privatos hoc beneficio frui, assertere non haesitent.

## §. LX.

*An literæ informatorie a tribunalī, a quo recurritur, petendæ sint?*

Ad formalia autem recursus quod attinet, non opus est, ut calatum nostrum de iis exerceamus, cum Viri praxeos judicariae imperialis admodum periti, PÜTTER d) arque TAFFINGER e) hanc spartam cum laude jam administraverint. Id tantum monendum est, quod via recursus, sive ad gravamen in comitiis proponendum, & auxilium eorum implorandum, sive ad curam Visitatorum excitandam tantum instituatur, planissima & simplicissima sit. Non saevit hic fatalium rigor, nec nota sunt formularum solennia, sed ille, qui ad hoc remedium profugit, eo & quoad verba, & quoad solennia, prout illi expedire viuum fuerit, ut potest. Nec ipsa gravaminis illati cognitio aut discussio certis regulis adstricta est, nec etiam alia probatio, ac ea, quæ ordines imperii eo perducere potest, ut creant, gravamen allegatum fundamine non esse destitutum,


- a) in *Introduct. in rem judicariam imperii*, P. I. L. II. Seçt. II. c. 12. §. 491.
- b) in *Diss. de recursu ad comit.* §. XVII. p. 180.
- c) in der *Abhandlung des teutschen Staats-Rechts* L. XI. c. 7. §. 9.
- d) in *Introduct. in rem judic. imp.* P. I. L. II. Seçt. II. c. 12. §. 496. sqq.
- e) in *Institut. Jurisprud. cam.* Seçt. IV. t. 6. §. 1074. sqq. p. 906. sqq.

tum, vel justitiam revera in casu adducto male esse ad-  
ministratam, requiritur. Quid? quod non nulli eo us-  
que progrediuntur, ut ne quidem literas informatorias  
a tribunal, quod per hoc remedium insimulatur, prius,  
quam in comitiis causa tractetur, poscendas esse, sta-  
tuant. Quam opinionem ab *Auctore der Erörterung*  
der Frage: Ob bey denen an die allgemeine Reichs-Ver-  
sammlung &c. a) & ab *Auctore der Wiederlegung der so*  
*genannten wiederlegten Erörterung*, b) atque *Auctore*  
*Confederationum über die Sachsen-Meinungische Recurs-*  
*Sache den Gleichischen Casum betreffend* c) defensam es-  
se novimus. Quibus tamen *Auctor* der wiederlegten  
Erörterung &c. d), & der fernerweit ohngegründet be-  
fundenen Erörterung, e) liliustr. BOCRIS, f) & DAH-  
MIUS, g) aliisque, quos PÜTTER, h) atque TAFFIN-  
GER i) laudant, masculine reluctati sunt. Quæ etiam  
controversia nuper, cum SERENISSIMUS ANTONIUS UL-  
RICUS DUX SAXO-MEINUNGENSIS, contra SERENISSIMUM  
DUCEM SAXO-GOTHANUM, & cameram imperialem, in  
puncto der *Gleichischen Eheleuthe*, ad comitia recurre-  
ret, recrudit, & variis scriptis, quorum rubra PÜT-  
TER k) nobis sistit, in utramque partem ventilata est.

## L

## §. LXI.

- |   |  |
|---|--|
| a) in <i>Selectis J. P. noviss. t. 15. c. 2. §. 1-6. p. 4-28.</i> | b) l. c.   |
| r. 19. c. 5. p. 85. sqq. juncto t. 21. c. 2. p. 24. sqq.          | c) fol.  |
| 1748.   | d) in <i>Sel. J. P. noviss. t. 15. c. 2. §. 7-13. p. 28. sqq.</i>  |
| e) l. c. t. 15. c. 2. §. 14-17. §. 55. sqq.                       | f) in <i>Diss. de in-</i>  |
| recentiorum &c. §. 25. 1749.                                      | <i>dole &amp; natura judiciorum Germaniae tam antiquiorum quam</i> |
| state informationis in recursibus ad comitia imperii a su-        | <i>recentiorum &amp;c. §. 25. 1749.</i>                            |
| premis Germanie tribunalibus exigende, Mogunt. 1750.              | g) in <i>Diss. de neces-</i>                                       |
| h) l. c. §. 497. p. 347.  | <i>sitate informationis in recursibus ad comitia imperii a su-</i> |
| k) l. c. §. 497. p. 348.  | <i>premis Germanie tribunalibus exigende, Mogunt. 1750.</i>        |
|   | i) l. c. §. 1079. p. 910.  |



*Quæ quæstio affirmatur & argumentis probatur.*

Sane si æquitatem & indolem rei judicariæ, quæ neminem, multo minus judicem, urgentissima juris præsumtione munitum, inauditum condemnari jubet, contempleris, si præterea analogiam juritum & legum imperii, naturamque aliorum juris remediorum, gravatis indultorum, perconteris, de necessitate harum literarum non dubitabis. Neque vi confuetudinis ad quam *Auctor der Erörterung: Ob bey denen an die &c. a)* provocat, has literas omitti posse, putamus, Effici enim non potest, ut hi actus, per quos hæc consuetudo introducta esse, creditur, sint continui, & contrarii haud interrupti: quod posterius tamen exemplorum copia apud ill. DAHMIUM b) testificatur. Nec deinde quemadmodum *Auctor der wiederlegten Erörterung c)* probe, licet obscurius, docet, ex opinione necessitatis sunt suscepiti, non dicam, quod si indistincte in omni recursus casu obtineant, non sint rationales. Cum tamen hæc actuum vitia consuetudinem potius impediunt, quam introducant, argumenta ex ea deducunt, simul cum ipsa consuetudine evanescunt. Nec fidei recurrentium, quia principes sint, cum *Auctore der fernerweit obngegründet befundenen Erörterung d)* prærogativam dandam esse, opinor. Hoc enim cum aliis commune habent, ut rem suam re adversarii semper justiorem esse, arbitrentur. Atamen cum causa cursus ita etiam interdum comparata sit, ut defecetus iustitiae

- |   |  |  |
|---|--|--|
| a) in Select. J. P. noviss. t. 15. c. 2. §. 3. p. 11.<br>cit. §. 32. sqq. p. 22. sqq. | b) in Diss.<br>c) in Select. J. P. noviss. t. 15.<br>c. 2. §. 7. p. 29. sqq. | d) Select. J. P. noviss. t. 15. c. 2.<br>§. 15. p. 60. |
|---|--|--|



justitiae vel gravamen oculis statim usurpari queat, aut  
ipsis testimoniis, & documentis judicialibus probari  
possit, literas informatorias, posito hoc casu, postha-  
beri posse, & sic etiam hujus questionis discussiōnem,  
utrum pro re nata, literas informatorias a tribunali,  
quod incusat, exigere velint, nec ne? libero comi-  
tiorum arbitrio cum s̄epius jam citato *Anonymous der  
ohnmässige Sciagraphie &c. a)* committendam esse, au-  
tumo. Medium igitur cum laudato hoc Auctore, in-  
ter pugnantium compita, ingredior viam, nosque non  
errare, praxis imperialis probat. Sic in causa EPIS-  
COPI HERBIPOLITANI contra cameræ affessorem Wi-  
gand, cum episcopus recursum ad comitia 1701 ca-  
pesset, litera informatoria, ut ex literis ab impera-  
tore die VII Julii 1701 ad cameram missis, & apud FA-  
BRUM b) prostantibus, clarum est, a camera sunt postu-  
latæ. E contrario autem cum LANDGRAFIUS HESSO-  
DARMSTADIENSIS ob gravamen a judicio aulico in cau-  
ſa *der Eingesessenen des Brücker Thals* illatum, 1708 ad  
comitia recurreret, literæ informatoriae, propterea quod  
gravamen documentis judicialibus comprobatum, ut  
ex literis variorum *principum* legatorum, occasione  
voti collegii civitatenis, a reliquis collegiis paululum  
dissentientis, distributis, quarum momenta hic spe-  
ctantia MORERUS c) enucleavit, conspici potest, a ju-  
dicio aulico petitæ non sunt. Eodem etiam modo in  
recursu in causa Hanovica & Babenhusana, in conclu-  
so trium collegiorum, ut ipse AUGUSTISSIMUS CARO-

a) apud SENCKENBERG. lib. cit. Sect. II. §. 20. n. 7. p. 271.

b) in der Staats Cantzley P. VI. p. 743, 761.

c) in tract. cit. vom Recurs. c. II. §. 11. p. 55.



lus vii in literis suis ad cameram datis a) testatur; nulla literarum informationis a Camera poscendarum, quamvis *Landgraf. Hess-Darmstadiensis* ipse eas petiverit, mentio facta est.

## §. LXII.

*An recursus effectum habent suspensivum?*

Tandem etiam de effectu hujus remedii juridico, multæ controversiæ inter jurium peritos fervent. Notum enim est, quod remedia in legibus proposita varios fortiantur effectus. Quædam enim ejus sunt indolis, ut cognitionem rei, in qua interponantur, ad alium tantum devolvant: quædam autem ita composita sunt, ut præter hanc cognitionis devolutionem efficiant, ut executio eorum, quæ decreta sunt, sistatur. Priora effectum devolutivum, posteriora autem suspensivum habere dicuntur. Qualis vero ex his effectibus recursui sit adscribendus? pomum *egdos* in hac controversia constituit. Dantur enim qui cum *Auctore der Sciagraphie* b) saepius jam laudato, illust. ESTOR. c) *Auctore commentarioli de recursu*, d) atque *Auctore der eigentl. Vorstellung*, daß denen, von denen höchsten Reichs Gerichten zu dem comitiat versamleten Reich genommenen Recursibus, der Effectus suspensivus in denen Reichsgerichtl. ergangenem — jedesmahl — anhänge: e) quorums etiam legatus LANDGRAFII HASSO-

CASSEL.

- a) in *Selekt. J. P. noviss.* t. 15. c. 2. §. 17. p. 73. sqq. b) *Sel. J. P. noviss.* t. 14. c. 13. §. II. p. 353. c) in *eruditio libello de judicio principum fundamento & radice recursus ad comitia*, Sect. VII. §. 303, 304, 305. p. 172. d) quem illustris ESTOR laudato suo libello adjecit §. 22—25. p. 182. sq. e) 1750.



CASSELENSIS in litteris in causa *Hanovica* ad comitia directis, & apud FABRUM *a)* prostantibus, tendit, effectum suspensivum omni tempore & sine ullo discrimine adhærere statuunt. Alii autem ut *Perillus fr. de SENCKENBERG b)*, *AYRER c)*, *STRUHEN d)*, atque *LOCHNER e)* contrarium tuerentur.

§. LXIII.

*Quod discutitur.*

Verum sane est, effectum suspensivum recursui omnibus in casibus denegari non posse, attamen verum etiam est, illum dicto hoc effectu omnibus in casibus non gaudere. In causis igitur supra descriptis, quæ vi legum imperii ad comitia deferenda sunt, ut & in aliis, in quibus literæ, quas vocant, inhibitoriales jam editæ sunt, effectum suspensivum recursui inesse, omni dubio caret. Imo etiam in iis causis, in quibus ob gravamen vel per se, vel per consequentiam communis, ad comitia recurrirunt, atque illud pro tali vel ab omnibus, vel a pluribus saltim statibus jam agnatum est, vel in quibus violatio legis manifesta apparet, vel si lis statibus cum ipso imperatore qua tali intercedit, hic effectus illi abdici nequit. An vero etiam in eo casu, ubi omnia adhuc dubia, & in deliberatione comitorum harent, recursus eo ipso, quo sit sumptus, executionem rei judicatae suspendat? merito in dubium vocamus. Primo enim nulla lex recursui talem effectum tribuens, ut ipse POTENTISSIMUS BRITANNIARUM

L 3

REX

- a) in der Staats-Cantzley t. 71. pag. 207.  
§. 28. pag. 188. c) in prolusione cit. §. 31. pag. 373.  
d) tractat. cit. §. 6. P. III. der Nohenstunden, pag. 28. sqq.  
e) in probl. J. P. in epist. gratulat. ad HEUMANNUM probl. 7.*



REX in literis ad ELECTOREM COLONIENSEM die IV Jul. 1748 datis & ab ill. STRUBEN a) excerptis, testis est, proferri potest. Nec observantia, qua gloriantur, magni facienda, quia auctus bene multi, illam ut multis exemplis condoceri potest, semper interruperunt. Deinde sententia nostra praxi recursuum firmatur. Iudicia enim imperii, licet recursus jam sit factus, non solum mandata de exequendo transcribere solent, sed etiam executores, antequam executio illis a comitiis interdicatur, inoffenso pede procedunt, & si haec inhibito a comitiis non facta est, negotium executionis, non obstante recursu, ut aliquot ante annis in recursu *Electoris Coloniensis* qua *Episcopi Hildesensis* in causâ contra *Wiesenhauern*, vidimus, in effectum deducitur. Porro hoc etiam fini recursus adversari videtur. Si enim quis ob gravamen particulare & ad commune non qualificatum, ad comitia recurrit, eam ob caussam, ut supra diximus, hoc perfugio utitur, quia visitationes ordinariæ cessant; hinc ille in subsidium revisionis instituitur. Cum tamen revisioni per recess. imp. noviss. b), & per pactum INVICTISSIMI NOSTRI IMPERATORIS auspicale c) effectus suspensivus sit admensus, & devolutivus illi, cautione a viatore, si succubuerit, praestita, tantum sit relitus, inde quod idem in recursu obtinere debeat, cum aliis argumentari non habemus. Denique & juris regulae non una ex ratione hoc dissident. Omni enim quo fieri potest, studio ejusmodi litium remora sunt praecedendæ, ut ne lites per tortuosos hosce anfractus ad immortalitatem perveniant.

## §. LXIV.

a) intraðt. cit. §. VII. p. 145.

b) §. 124.

c) Art. XVII. §. 2.

## §. LXIV.

*Ad argumenta contraria respondetur.*

Nec argumenta a contraria sententiæ defensoribus allata, hoc evincunt. *Auctori enim der Sciaagra phie &c. a)* qui ex eo, quod imperator occasione recursus Episcopi Heribopolitani contra Cameræ assessorum Wigandum, in comitiis per majora effici curaverit, quod hæc judicia imperii ab executione prohibere queant, & ex natura appellationum, quæ analoga sunt recursus, hoc probare cūpīt, regeri potest, quod ex priori tantum fluat, comitiis jus esse, summis imperii tribunalibus injungendi, ut ab executione desistant, quod tamen a hujus controversiæ statu est alienum: quod autem posterius plus proberet, quam probare debeat. Probaret enim etiam, comitia esse summum appellationum tribunal: alia, quæ ex eodem falsoissimo principio descendunt, ut raseam. *Illustri ESTORI b)* autem, qui sententiam suam hoc argumento munivit, quod sententia, quam nec justam, nec legitimam esse, assevereris, qui causa ceciderit, res judicata non sit, donec fuerit exploratum, an justa sit ac legitima, *Perrilluf. de SENCKENBERG c)* & ill. *STRUBEN d)* jam responderunt, qui etiam posterior Auctori Commentarioli fecit satis. Nec denique id, quod per conclusum imperii demum stabiliri potest, per unius alias status suffragium, quibus alia bene multa opponi possunt, probari posse, arbitror.

## MEM-

a) Secl. II. §. XL.  
c) in Difl. cit. §. 28. p. 188.

b) libr. cit. §. 303. p. 172.  
d) in exercitat. cit. §. VII. p. 41.



MEMBRVM II.  
DE GENUINO FUNDAMENTO RECUR-  
SUS AD COMITIA.

§. LXV.

*Ratio diversitatis sententiarum de funda-  
mento recursus.*



**E**xplicata recursus ad comitia natura, atque discussis, quæ circa ejus indolem moventur, questionibus, periculum nunc faciamus, utrum genuinum ejus fundamentum detegere queamus? Quantopere autem in illo indagando calculi eruditorum inter se distent, illum fugere non potest, qui varia hac de re scripta, & in ipsis comitiis, & in Musarum umbra, aliquot abhinc annis evulgata, perlustravit. Imo & alia hujus doctrinæ fata esse non potuere, cum quilibet de ea meditabundus, partim quia alio atque alter hanc rem intuitus est, modo, partim quia ubertati, qua abundavit, ingenii, nimium indulxit, gradum verosimilitudinis aliis majorem sua opinione attingere, sibi visus sit: id quod præcipuae quas animo imberunt Jurisperiti, opiniones, quasque brevissime hic recensebimus, modestamque illis subjunge- mus episcrisis, probabunt.

§. LXVI.

*Fundamentum recursus non querendum est  
in pace Westphalica.*

Prima quæ in hac scena comparet, eorum est sen-  
tentia, qui radicem hujus remedii *in tabulis J. P.* ru-  
spantur. Provocant eam in finem ad §. 56. Art. V. *J. P.* in

in quo, quemadmodum noto notius est, sancitur, ut  
 negotia, quæ in summis imperii tribunalibus hærent,  
 & in quibus suffragia Adfessorum utriusque religionis  
 paria existunt, aut quæstio de interpretatione legis du-  
 biæ incidit, ad comitia remittantur. Sed cum sine ma-  
 xima stili comitialis incuria, ut supra jam notavimus,  
 dici nequeat, summa imperii tribunalia, quando litigia  
 ita composita ad comitia remittant, ad eadem recur-  
 risse, & deinde licet partes, si judicia imperii ejusmo-  
 di lites contra disertam hanc legis dispositionem, sine  
 comitiorum præscitu, intra suos cancelllos dirimere  
 velint, inde gravatae, ad comitia recurrisse, recte dicar-  
 tur, paucissimi tamen recursus casus hoc fundamento  
 niterentur, reliqui autem qui longe plures sunt, eidem  
 superstrui non possent, & sic fundamento carerent.  
 Hinc hoc fundamentum, si ad reliquos hujus remedii  
 casus, qui præter hos duo existunt, respicias, merito  
 insufficiens, nec omni recursui adaptatum pronuncia-  
 mus. Accedit, quod ipsi pacientes in concinando  
 hoc paragrapho de recursu ne quidem cogitarunt, sed  
 mens eorum, uti HENNIGES a) obseruat, eo terendit,  
 ut nimium judiciorum in interpretando pruritum, quo  
 in ipsa statuum jura & prærogativas plus simplici vice  
 involaverant, compescerent, atque partium studio,  
 quod ob sacrorum discrimen tum temporis se potissi-  
 mum exserebat, antidotum pararent.

### §. LXVII.

*Nec in judicio principum.*

Alia & ab hac diversa sententia est, quæ radicem  
 hujus remedii in *vetusto* & *satis decantato principum*  
 M. judi-

a) in *Meditat. Specl. V.* p. 784. lit. c) p. 788. lit. m)



*judicio* scrutatur, quæque Ill. ESTOREM a) parentem agnoscit. Sed quamvis Viro illustri in eo lubentissime assentiar, ejusmodi judicium olim extitisse, atque eos, qui illud contra omnem historiæ fidem perficta fronte negant, erroris aut somniī vix excusari posse, cum ill. MASCOVIO b), & Perill. de SENCKENBERG c) arbitrari: id tamen nunquam a me impetrare potui, ut recursum nostrum huic judicio similem, aut ab eo pendulum esse, crediderim. Argumenta autem quæ me eo perduxerunt, & quorum quædam a Perill. de SENCKENBERG d) vel tribus tantum verbis etiam tācta esse video, sequentia sunt. Primo enim judicium principum ordinariam judicii formam non respuebat, imo ad illud tanquam judicium provocabatur. Praerat illi imperator. Assidebant principes. Caussam allatum & probatam audiebant. De ea cognoscebant, & hac cognitione peracta, sententiam ferebant, eamque executioni demandabant. Sed si recursum contemplamur, res longe aliter est comparata. Deest in illo ordinaria judicii forma. Nec status ad imperatorem tanquam judicii præsidem, aut ad status socios tanquam assessores, aut ad comitia tanquam ad judicium superiorius recurrent. Is enim, ut Auctor Commentarioli de ordinum perfugio ad comitia e) ratiocinatur, a veritate valde abluderet, qui in comitiis supremum appellationum tribunal sibi fingeret. Nec hic ut in iudiciis

- a) in eleganti libello: *de judicio principum fundamento & ratiōne provocacionis vulgo recursus ad comitia.* Sest. VII. §. 283. sqq. p. 166. sqq. b) in Diff. de paribus curie §. XXIV. p. 42. c) in Praefamine disquisitionum de iudiciis principum &c. §. 3. p. 7. d) in Diff. de recursu ad comitia §. 23, 25, 27. e) §. XV. & ap. ESTOR. p. 185.



dicis mos est, solenni procedendi ordine est opus. Nec primario aut de sola re litigiosa cognoscitur, sed est tantum remedium quod ut supra diximus, ordinem egreditur, & magis ad factum tribunalis gravamen inferentis, quam ipsum litis objectum cognoscendum comparatum est. Deinde judicio principum non omnes semper intererant status, nec illud semper ut ill. STRUBEN a) multis exemplis eruditè probavit, in comitiis habebatur: sed etiam illud in Cæfaris aula extra comitia constituebatur, id quod etiam edito Friderici I, cuius historiam nobis exhibet Conradus Urspergensis b), fuit stabilitum, ut imperator principem, ad locum quemcunque vellet, evocare posset: & tunc illi tantum qui forte ex statibus præfentes erant, assessorum subfelliæ ornabant. Alia autem est recursus conditio. Ille enim si universalis est, ad omnes dirigitur status, & vi obseruantia non nisi ad comitia institutu potest. Postea in judicio principum ratione citationis principes præ minoribus ordinibus, prouti STRUVIUS c) aliquæ docent, prærogativam habebant, siquidem illi non nisi tripla citatione peracta comparere tenebantur, hi autem unica contenti esse debebant. Quod tamen discrimen recursus noster prorsus ignorat.

### §. LXVIII.

*Quod ulterius probatur.*

Porro non omnes cauissæ ad judicium principum deferri poterant. In cauissæ enim levioribus comes Palatinus jus dicebat. In gravioribus quidam principes adhibebantur, & gravissimis tantum omnes inter-

M 2

esse,

a) *Abhandl. XII. P. III. der Nebenfunden*, §. I. p. 2. sqq.

b) ad annum 1175. c) in Corp. J. P. c. XXV. §. 8. p. 938.



esse, oportebat. Ad recursum autem quod attinet gravati semper nulla leviorum aut graviorum aut gravissimarum caussarum ratione habita, ad illum quem admodum in *Membro antecedenti* demonstravimus, configere possunt. Postea imperator si quis de eo, aut judge ejus aulico, coram judicio principum querelas funderet, tanquam judex sententiam statuum suorum tanquam scabinorum, ut *Perill. de SENCKENBERG a)* ex monumentis fide dignis, atque exempla a *CONRINGIO b)*, *STRUVIO c)*, *KÜCHELBECKERIO, d)* ex documentis & scriptoribus collecta, commonstrant, exakte sequi tenebatur. Potestas imperatoris autem quoad recursum tam arctis non circumscripta est limitibus, sed potius semiissem suffragiorum habet, & sine ejus consensu res ut exempla docent, semper infecta haeret. Denique in judicio principum a litagantibus certae quedam solennitates quas *STRUVIUS e)* describit, atque conventio *Sigismundum* inter & imperii principes Basileæ inita, & apud *LONDORIUM f)* obvia, qua cum recess. *imper. Nordlingenensis 1466 g.* daß alle *Lehn*, aliaque sanctiones conveniunt, & confirmaverat & auxerat, erant observanda. Sed de recursu ex iis, quæ in superioribus jam demonstrata sunt, scimus, illum omnium solennitatum expertem, & a fatalium rigore alienum esse. Tandem sine præscitu imperatoris caussa ad judicium principum deferri non poterat.

Nego-

- a) quæ publici juris fecit in tract. de Evocationibus p. 1478. sq.  
 b) in Diss. de judicis reipubl. germ. §. 49. c) in Corp. J. P.  
 cap. XXV. §. 6. & in Historia Juris cap. IX. §. 25. pag. 808.  
 d) in Diss. de jure & modo cognoscendis de feudis imp. §. XI.  
 p. I. l. qq. e) de judicis heroicis c. III. §. 1. l. qq.  
 f) in Actis publ. T. I. p. 36. n. 29.

Negotia autem per recursum ad comitia deducta sine imperatoris praefitu & auctoritate ; per directorum imperii in comitiis proponuntur , atque consultatione inter status habita , res demum ad imperatorem deferuntur . Ex his igitur affatim exsplendescit , naturam recursus ad comitia ab indole judicij principum vel toto celo distare . Hinc cum haec inter se diversissima sint , atque ex disparibus rationibus natales suos derivent , unum alterius fundamentum esse nequit .

## §. LXIX.

*Nec in appellationibus a Cæsare male informato ad melius informandum.*

Nec tamen iis adsentiri possum , qui originem & fundamenta recursus in appellationibus ab imperatore male informato , ad imperatorem melius informandum , olim usitatis , querunt . Diversissima enim utriusque negotii natura nos etiam hic in longe alia abire jubet . Haec enim appellatio , uti exempla & tabulae quæ apud MÜLLERUM a) & LÜNINGIUM b) occurunt , testantur , suis fatalibus & solennitatibus erat alligata , quæ tamen omnia recursus , quod aliquoties jam monimus , ignorat . Hinc etiam fundamentum ejus in negotio ab illo tam difformi subsistere non potest . Hoc argumentum autem eo magis stringit , cum patroni hujus sententiæ opinionem eorum , qui illum in principum judicio fundatum esse statuunt , ex eo , quod utriusque natura diversissima sit , rejiciendam esse , ipsis propugnant .

M 3

§. LXX.

a) in Reichs-Tagei Theatro sub Maximiliano I. Vorstell. II. c. 70.  
§. 46. b) im Reichs-Archiv 1 Contin. 3 Fortsetz. p. 70.



## §. LXX.

*Nec in capitulationibus.*

Imo nec cum iis facere possum, qui fundamina hujus remedii incapitulationibus invenisse, sibi visi sunt. Nec enim capitulationi *Caroli VII. a)* nec etiam novissimæ ad cuius *Art. XIII. §. 8. & Art. XVII. §. 3.* provocant, nec antiquioribus, illa insunt. Tantum enim abest, ut in paetorum horum inauguralium textu fundamenta recursus jaeta sint, ut potius in illo sollempmodo statutum sit, ut gravamina & desideria statuum ad comitia perlata, a directorio imperii tanta quanta fieri possit, celeritate, per dictaturam, cum reliquis statibus communicentur, quo citius de iis deliberatio institui queat: in hoc autem ut ill. *AYRER b)* etiam observat, paciscentium mens eo connitur, ut limes recursu ponatur, ne saluberrimæ justitiae administrationi nimio hujus remedii abusu pessulus objiciatur. Hinc ex hoc capitulationum passu evinci quidem potest, recursum per eas non esse sublatum, fundamenta autem ejus ibi frustra indagantur.

## §. LXXI.

*Nec in sola potestate legislatoria, aut in sola potestate judicaria, sed in potestate legislatoria & judicaria simul.*


Meliorem igitur viam illi ingrediuntur, qui jus publicum universale hic consulendum esse censem, in eoque fundamenta hujus remedii percontantur. Cum enim superior, ut in *Sect. I. Membro II. §. XVII. & XVIII* probavimus, non solum jus habeat, subditis normam praescribendi, ad quam actiones suas dimetiantur, sed etiam eos adigere possit, ut jura & obligationes ab

a) *Art. XIII. §. 8. Art. XVII. §. 3.*      b) *in proclus. cit. §. XXII.*

ab hac norma dependentes expleant, (§. XXX, XXXI  
 atque ille vel ipse subditos ad hanc expletionem adige-  
 re, vel eos ab aliis ad eandem secundum regulam præ-  
 scriptam adigi curare queat, (§. XXXII, XXXIII) imo  
 in casu posteriori ab eo attendendum sit, utrum norma in  
 judicando præscripta observetur nec ne? (§. XXXIV)  
 hoc autem semper a superiore ob certa impedimenta  
 circumstantia, proprio motu fieri non possit: ratio  
 suadet, ut illi qui ex neglegētu hujus normæ se lassos pu-  
 tant, ad superiorem configiant, gravamina sua illi ex-  
 ponant, atque auxilium ejus contra hæc judicis mol-  
 mina implorent. Eo ipso autem, quo hæc peragun-  
 tur, recursum adesse, definitio recursus supra data o-  
 stendit. Hinc genuinum ejus fundamentum non in  
 sola potestate legislatoria, ut viris quibusdam doctis  
 placet, nec in sola potestate judicaria; ut aliis allube-  
 scit, multo minus in illa tantum potestatis judicariæ  
 parte, vi cuius status ad constituenda summa imperii  
 tribunalia concurrunt, quod *Auctor* scripti sub rubro:  
*Kurtze und gründliche Bewährung, daß der Recursus*  
*ad comitia auch in Justitz Sachen, so vor den höchsten*  
*Reichs-Gerichten ventilaret werden, denen Ständen des*  
*Reichs in gewissen Fällen nicht præcludiret werden kön-*  
*nen: apud LÜNIGIUM a) prostantis, statuit, sed in PO-*  
*TESTATE LEGISLATORIA & JUDICIARIA simul, & utrius-*  
*que inter IMPERATOREM & STATUS CONSORTIO, vi cuius*  
*EPHORIAM in summa imperii tribunalia exercent, pro-*  
*ut sequentes rationes pluribus efficiunt, ponendum*  
*esse arbitror.*

## §. LXXII.

a) in der Grundfeste Europäischer Potentzen-Gerechtsamen,  
 Tom. I. n. 30.



*Demonstratur hoc ex ipsa recursus natura.*

Probat enim hoc ipsa recursus natura. Est nempe ille, ut supra eum jam definivimus, remedium extraordinarium, quo quis contra gravamen a summis imperii judiciis illatum, & in comitiis expositum, auxilium comitiorum implorat. Gravamen autem hoc multis, quemadmodum eodem loco ostendimus, modis inferri potest, utpote si judex leges sibi in judicando præscriptas non observat, jus eas interpretandi invadit, limites jurisdictionis migrat, & alia facta quibus litigantibus detrimentum importatur, committit. Ex hac vero gravaminum diversitate, diversi etiam recursuum casus prodeunt. Si autem natura horum ad unum omnium perquiratur, facta summorum imperii tribunalium, quæ illis ansam dederunt, vel quod legislatoriam potestatem ipsis non competentem affectarunt, vel quod normam in judicando præscriptam transgressa sunt, approbari nequeunt. Cum tamen si illud contingat, is cui potestas legislatoria competit, sua auctoritate gravamen ex hoc judiciorum molimine ortum tollere debeat, & si hoc eveniat, is cui potestas judicaria constat, implorandum sit, ut, cum jus cogendi judicem, ut normam in judicando sibi præscriptam observet, habeat, gravamen ex ejusmodi transgressione enatum, suo interventu perimat: clarissime inde appareret, rebus ita circumstantibus, ad eum cui utraque potestas & legislatoria & judicaria constat, quique superior est, esse configiendum. Cumque in imperio nostro germanico POTESTAS LEGISLATORIA ET JUDICIARIA IMPERATORI & STATIBUS simul competant, hique in harum CONSORTIO sint constituti, (§. XXIV-  
XXIX.



XXIX. §. XXXIX–XLIV.) gravatos a summis imperii tribunalibus, si superioris auxilium ad gravamina hæc lenienda implorare velint, ad comitia recurrere oportere, hinc fundamentum hujus recursus in laudato isto confortio collocandum esse, manifesto patet. Accedit, quod cum diversa sint recurrentium gravamina, atque quædam ex iis a superiore vi potestatis legislatoræ, quædam autem vi potestatis judicariæ emolliri debeant, si fundamentum recursus in sola potestate legislatoria poneremus, illi recursus, quorum gravamina vi potestatis judicariæ tollenda sunt, & vice versa fundamento carerent.

§. LXXXIII.

*Idem efficitur ex judiciorum constitutione.*

Probari etiam hæc possunt ex ipsa judiciorum constitutione. Superior enim si potestatis judicariæ exercitum aliis committit, se uti §. XXXII observavimus, jure suo non privat, sed illud non obstante hac concessione, adhuc sibi retinet, & salute publica poscente, hoc exercet (§. XXXII), imo etiam ex ipsa jurisdictionis concessione jus nanciscitur, inquirendi in judiciorum facta, utrum norma in judicando præfixæ conformia sint nec ne? (§. XXXIV) ut ne litigantibus ex hujus normæ neglectu gravamina inferantur. Cum tamen judges non solum hanc normam migrant, si limitem jurisdictionis postum excedunt, sed etiam si leges sinistre contorquent, atque gravamina in illo casu orta vi potestatis judicariæ summovenda sint, in hoc autem vi potestatis legislatorie tolli debeant, ad utramque potestatem recurrendum esse, in propatulo jacet. Cumque in Germania IMPERATOR & STATUS utri-

N

usque



usque hujus potestatis consortes sint (§. XXIV-XXIX §. XXXIX-XLIV), ad eos in comitiis congregatos vi hujus consortii recursus patet. Hinc recursum in dicto hoc potestatis legislatoriæ & judiciariæ consortio fundandum esse, etiam hac ex ratione commonistrari potest. Minime autem fundamenta hujus remedii cum *Auctore der kurtzen und gründlichen Be-mäßbrung &c.* supra citato, in ea tantum potestatis judiciariæ parte, vi cuius status in constitutione summorum imperii tribunalium concurrunt, stabilienda sunt. Rebus enim ita comparatis a judicio aulico, cum illud si procancellarium imperii excipias, imperator solus constituat, recurri ad comitia non posset.

#### §. LXXIV.

*Corroboratur etiam legibus imperii.*

Nec leges imperii desunt, quibus haec fulciri queant. Sic si circa interpretationem constitutionum aut legum imperii dubia occurrant, in *J. P. Art. V. §. 56.* dispositum est, ut haec negotia ad comitia remittantur, quia uti *HENNIGES* a) acutissimus harum tabularum interpres auctor est, ejusmodi judiciorum facta potestatem legislatoriā saperent, quæ tamen auctoritas summis tribunalibus nunquam impetrata est. Ex his autem prono alveo fluit, partes gravatas, si judicia ejusmodi negotia ad comitia non remittant, iuste, ad ea recurrere posse. Si autem in his caussis recurrunt, a potestate statuum legislatoria auxilium contra haec judiciorum facta querunt, atque status etiam gravamina inde orta vi potestatis legislatoriæ tollunt. In eorum favorem autem quibus ex migratione limitum, summis

a) in *Meditat. Spec. V.* p. 784. lit. c).



summis imperii tribunalibus in judicando scriptorum,  
gravamen illatum est, jam in *capitulatione Ferdinandi IV.* Art. 43, quod etiam in subsequentibus repetitum  
est, statutum legimus: *Auch obbemeldetem unserm lieben Neven, dem Churfürsten zu Mæyntz, ein und andre Sachen der klagenden Stände, wann schon selbige unsre Geheimte- und Reichs Hoff-Ræthe betreffen, in den Churfürstl. oder gesämbten Reichs Ræthen, ihrev Art und Eigenschaft nach, zu bringen, zu proponiren, und zur Deliberation zu stellen, kein Einhalt gethan -- werde: quæque in Projecto capitulationis perpetuæ a) paululum mutata, & in novissimam b) sic translata sunt: Wir wollen und sollen auch obbemeldeten Churfürsten zu Mæyntz der Kæyserlichen Proposition zu Folge, und dem Reiche zum besten, eine und andre Sachen, wie auch der klagenden Stände Beschwerniß, wann auch schon dieselbe unsre Reichs-Hof- und andre Ræthe und Bediente betreffen, in das Churfürstl. oder in alle Reichs Collegia zu bringen, zu proponiren, und zur Deliberation zu stellen, keinen Einhalt thun -- Ex quibus verbis cum MOSERO c) colligo, statibus licere, querelas de judicio aulico ad comitia deferre. Hi autem aliam de hoc judicio conquerendi occasionem non habent, ac si iis gravamina ab illo fuerint illata. Cum tamen hæc gravamina vel si vis facta est legibus, vel si limes jurisdictionis migratur, oriantur, & gravatis de illis in J. P. Art. V. §. 56. jam sit provisum, superflua esset hæc dispositio, si illam de illis gravaminibus intelligere vellemus, hinc eam ad*

N 2

ea

a) Art. XIII.

b) Art. XIII. §. 6.

c) in der Betrachtung des Recurs. c. V. §. 17. p. 203.



ea gravamina, quæ si judex normam jurisdictioni scriptam transgreditur, substantiam capiunt, merito restringimus. Cum vero si de his recursus instituitur, non potestas legislatoria, sed potestas judicaria, & in specie jus attendendi & examinandi actus judicis, utrum normæ in judicando præscripte sint conformes, nec ne? excitetur, hujus generis recursus in potestate judicaria fundatos esse, primo intuitu apparet.

### § LXXV.

*Atque illustratur statuum testimonis.*

Tandem etiam testimonia ipsorum statuum huic sententiæ favent. Eminent ex his bene multis illa, quæ corpus Evangelicorum decreto Cæsareo anno 1715 in comitiis evulgato, anno in sequenti opposuit, quæque in *Electis Jur. Publ. a)* prostant. In his notanter inter alia dicunt: — — *sondern, daß ihr (der Stände) eintziges Absehen dahin gerichtet ist, daß die höchste Reichs-Gerichte in den Schranken ihres Amts, welches allein in applicatione der Reichs-Satzungen ad Factum speciale, in besondern Proceß-Sachen besteht, verbleiben, nicht aber diese überschreiten, und die Stände in modo procedendi, gegen die heilsame Constitutiones beschweren, — — & paucis interjectis — — dahero die Stände nach dem Exempel ihrer Vorfahren, hierüber und wegen gleicher unpartheyischer Administration der Justitz, ein Auge mit zu schlagen, so wohl recht als nöthig haben — — & porro — — indessen will man anierzo nur noch berühren, daß auch die Parthey-Sachen unter den Ständen des Reichs, nicht allein in so fern man*

*a) Tom. IX. p. 253.*

CROWN CROWN


*man zusiehet, daß die höchste Judicia ihre gesetzte Schranken nicht überschreiten, sondern auch in wichtigen Fällen, quoad ipsam decisionem caussæ principaliſ — mit gutem Grunde — vor dem Reichs-Tage gezogen werden können — Quæ omnia EPHORIAM in summa imperii tribunalia, in cujus societatem, status ſe cum imperatore descendit, optima juris ratione contendunt, satis demonstrant.*

---

## ERRATA.

Pag. 46. l. 3. dele b) & post verbā *eſſe volunt lege: & ex eo KRESSIUS b)*

Pag. 82. pro GÜNDENRODE lege GÜNDERRODE.



GIV



V I R O  
NOBILISSIMO ATQUE CLARISSIMO,  
**A R E N T I N O   K O E P K E N I O ,**  
AMICO SUO ÆSTUMATISSIMO,  
AUCTORI HUJUS DISSERTATIONIS  
DOCTISSIMO

S. P. D.

P R A E S E S .

**Q**uum solidæ eruditionis TUÆ magna industria TIBI  
paratae, multisque in rebus satis perspectæ bac exi-  
mia dissertatione TUA conspicuum jam exhibeas do-  
cumentum, veri laetor, TIBIQUE ex animo gratulor. Est hoc  
præcipuum egregii erectique animi indicium, quod non solum  
in percipiendis, investigandisque veritatibus omnem collo-  
uaveris operam, sed etiam laborum assiduitate & pertinacia  
tam præclarum legalis doctrinae specimen proferre laudabili-  
ter potueris, quidque polliceri de TE sibi queat patria, publice  
demonstres. Quibus cum TU, AMICE SUAVISSIME, decora-  
tus sis, insignibus ornamentis, mibi imprimis est jucundissimum.  
Ex quo enim tempore prælectiones meas in Jure Canonico,  
Publico, practicisque fori præparamentis, frequentantem  
melius TE noscendi facultas data fuit, magna cum voluptate  
animadverti alacritatem, animique TUI ardorem in perdi-  
scendis prudentiae artisque nostræ doctrinis, indefesso enim stu-  
dio

diò ad scientiarum fastigia tendens effecisti, ut haud mediocrem perfectionis gradum in quavis legitimæ scientiæ parte sis affectus. Neque tamen mens tua quævis in rem facientia perscrutatura, solius jurisprudentiæ finibus contineri potuit, sed aliquando profundius peruestiganda censuit studiorum laudabilium fundamenta. Quam ob rem non solum clarissimorum J<sup>c</sup>torum ZIEGLERI, BRUNNEMANNI, aliorumque exempla secutus, primum S. S. Theologiae præceptis te ad munia sacra olim destinatum imbui curasti; verum etiam præter prælectiones HONORATISSIMORUM COLLEGARUM CARRACHII, NETTELBLADTII, atque HEISLERI, in eas disciplinas, quæ juris studio adminicula præbent, lucemque afferunt, ducibus celeberrimis hujus Academiæ Professoribus STIEBERITZIO, MEYERO, IOACHIMO, WEEERO, & EBERHARDO incubuisti gnaviter, nec quicquam quod rationibus tuis inserviat, prætermissee videris. Fuit is studiorum tuorum finis, ut singula perquirendo non modo solidam legum acquireres scientiam, sed & impigre quæstam exornares, cuius compos factus jam binc discessurus laudandum cepisti consilium, laboribus tuis academicis eximio hoc eruditio[n]is specimine coronam imponendi. Quæ cum animo tuo staret sententia, pergratuum mibi fuit, quod me auctore & suafore argumentum nobile percolendum elegeris, Dissertationisque hujus tue publico examini subjiciende me præfidem, non tam auxiliatorem, quam potius dexteritatis tue testem volueris. Ego verò quantum in omnibus juris disciplinis præstare valeas, probe intelligens, jure civili pene exausio, adeo trita te incedere via nolui, sed thema eruditio filio tuo exarandum judicavi, cuius tam se commendaret dignitas, quam quo scientiis, quibus imbutus, præstantique tuo ingenio dignum conderes monumentum. Nullibi nisi in jure publico nostro, meliorem, uberiorem, & ad hunc finem



nem aptiorem suppeterem materiam arbitratus maxime litigioso illius capite ex genuinis principiis suis deducendo, operam TUAM collocari volui, quo & Dissertatio ob argumenti excellentiam, & TUA eruditio egregio isto specimine sint conspicue. Neque me has TUAS primitias expectantem animoque jam præcipientem spes fecellit, sed potius industria TUA expectationi meæ parvum præstitit eventum. Hanc enim Dissertationem TUAM sedulo perlegens, atque majori cum voluntate sèpius relegens satis perspexi, quanta diligentia, quantoque ingenii ac judicij acuminis expensa sint omnia; Qua de causa operam egregie navatam gratulor, cum omni meo adjumento isti tui labores fuerint desituti, præter quod TIBI cogitata mea de hoc argumendo communicaverim. Virtutibus TUIS claro hoc specimine publice demonstratis præmia ubique parata spondeo patrios nunc repetenti penates. Denique VIRO SUMME REVERENDO, CANONICO CAPITULI ECCLESIAE COLLEGIALE S. S. PETRI ET PAULI MAGDEBURGENSIS MERITISSIMO, PARENTI TUO OPTIMO de filio tantis virtutibus, studiisque ornato gratulor, quem jam spei, omnique expectationi suæ optime respondentem, senectutis solatum, paratumque sibi auxilium atque columen futurum intuetur. Nihil reliquum est, nisi ut te discedentem votis meis prosequar, SUMMIQUE NUMINIS favorem omni tempore TIBI præsentem appreco. Faxit DEUS ut quicquid IPSI honorificum, patriæ salutare suscipes, felici gaudeat successu, conatibus TUIS benebole adspiret, TEQUE mei memorem salvum atque incolumen perpetuo conservet. Vale. Dab. eniſ. Halæ, in Academia Fridericiana, d. XII.

Calend. Febr. MDCCCLVI.



**ULB Halle**  
001 607 952

3



sb.

V018





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Inches  
Centimetres

Pub. 4. num. 15. Pet. E. 16.

Q. D. E. V.  
DISSERTATIO IVRIS PVBLICI  
DE  
**CONSORTIO  
IMPERATORIS  
ET  
STATVVM IMPERII  
IN POTESTATE  
LEGISLATORIA ET IVDICIARIA,  
GENVINO FVNDAMENTO  
RECVRSVS AD COMITIA,**

QVAM  
EX CLEMENTISSIMO SVPERIORVM PERMISSV,  
SVB PRAESIDIO  
VIRI ILLVSTRIS, EXCELLENTISSIMI, CONSVLTISSIMI,  
**IO. ERNESTI FLOERCKE, ICTI,**  
POTENT. BORVSS. REGI A CONSILIIS SANCTIORIBVS,  
ACADEMIAE FRIDERICIANAE DIRECTORIS,  
ILLVSTRIVM ICTORVM HALENSIVM PRAESIDIS ORDINARI,  
ANTECESSORIS PRIMARII, COMIT. PALAT. CAESAREI,  
PATRONI ET STVDIORVM PROMOTORIS  
AETERNV M DEVENERANDI,  
DIE X. FEBR. MDCLVI  
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI  
SUBMITTET  
AVCTOR  
**A RENTINVS KOEPKEN**  
MAGDEBURGENSIS.

HALAE AD SALAM LITERIS HENDELIANIS.

